UNIV.
OF TORONTO
LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/carminah00hesi

BIBLIOTHECA GRAECA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

A.

POETARUM

VOL. V.

CONTINENS

HESIODI CARMINA

ED.

CAROLO GOETTLINGIO.

EDITIO ALTERA.

GOTHAE, MDCCCXLIII.

SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.

(LONDINI APUD D. NUTT. 158. FLEET STREET.)

LGr
H584G.2
DEPARTMENTAL LIBRARY.

HESIODI
CARMINA.

RECENSUIT

ET

COMMENTARIIS INSTRUXIT

CAROLUS GOETTLINGIUS.

EDITIO ALTERA.

GOTHAE, MDCCCXLIII.
SUMPTIBUS FRIDERICAE HENNINGS.
(Londini apud D. Nutt. 158. fleet street.)

FRANCISCO PASSOVIO

ET

IOANNI SCHULZIO

PRAECEPTORIBUS SUIS

UT GRATISSIMI ANIMI VETERISQUE AMICITIAE PIGNUS

DEDICAVIT

C. GOETTLINGIUS.

15 85

I. De vita Hesiodi.

De Hesiodi vita breviter licet dicere, quoniam ipsa quae ei adscribuntur carmina fontes antiquissimi esse videntur, quos sequare. Sunt ex recentioribus qui Cumaeum dicunt (in quibus I. H. Vossium esse mireris, v. Alte Weltkunde p. XX., et Schoellium Hist. lit. Graec. T. I. p. 130. ed. nov.), quanquam hi ex ipsis Hesiodi poematis discere poterant Ascrae in Boeotia, oppido quadraginta stadia a Thespiis sito (Eustath. Il. p. 266.), cuius nullae nunc reliquiae supersunt, natum esse auctorem Operum. Nam Ἔργ. versibus 650 sq., quibus in hanc rem usus est auctor Certam. Homeri et Hesiodi n. edit. p. 313., ita legitur:

οὐ γάρ πώποτε νηΐ γ' ἐπέπλων εὐρέα πόντον,
εἰ μὴ ἐς Εὔβοιαν ἐξ Αὐλίδος.

Unde satis patet Hesiodum nondum fuisse natum, quum eius pater Cuma Aeolensium Ascram Boeotorum venisset (v. Ἔργ. 636.), ut ibi domicilium poneret. Ascram patriam Hesiodi praeterea testantur poetae antiqui tantum non omnes. Sic Chersias Orchomenius, quem titulum inscripsisse tumulo Hesiodi dicebant Orchomenii, Pausaniae coaevi. V. Pausan. IX, 38. fin.:

Ἡσιόδου, τοῦ πλεῖστον ἐν Ἑλλάδι κῦδος ὀρεῖται
Ἀνδρῶν κρινομένων ἐν βασάνῳ σοφίης,
Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήϊος, ἀλλὰ θανόντος
Ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει.

Atque longe probabilior est sententia, quae Chersiae hoc epigramma, quam ea, quae Mnasalcae tribuit (v. Brunck. Anal. I. p. 193. et Anthol. Pal. VII, 54.). Hoc enim tum ex eo elucet, quod Mnasalcas Dorica dialecto in ceteris epigrammatis usus est, quam veram esse ipsum eius nomen testatur, tum eo, quod Ari-

stoteles, siquidem Aristoteles est auctor epigrammatis (v. Brunck. Anal. I. p. 178. Anthol. Palat. II. p. 750.), Mnasalca sine dubio antiquior, pentametro usus est hoc:

ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει,

sublecto veteri poetae, Chersiae, ut videtur. Hesiodi patriam praeterea testantur Nicander Ther. 12., Moschus III, 58., Ovid. Art. Am. II, 4. Fast. VI, 14. Verum civitatem, quanquam gente cognati, non videntur patri dedisse Ascraei, ita ut propter egestatem (*Ἐργ.* 638.) *ἀτίμητος μετανάστης* esset. Sic enim audiebant antiquis temporibus qui postea *μέτοικοι* dicebantur; v. Homer. Il. IX, 648., quem recte sic intellexit Aristoteles Polit. III, 3: *λέγεται μάλιστα πολίτης ὁ μετέχων τῶν τιμῶν, ὥσπερ καὶ Ὅμηρος ἐποίησεν· ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην· ὥσπερ μέτοικος γάρ ἐστιν ὁ τῶν τιμῶν μὴ μετέχων.* Post vero opes crevisse videntur, nam Hesiodus in Helicone oves pascebat (sic enim prooemium Theog. 23.), et, patre mortuo, quum litibus hereditariis, quas Perses frater ipsi intenderat, iudicum dolo malo pravaque sententia cecidisset, fratri, quanquam litigioso, de suo dedit. Hoc testantur *Ἔργων* versus 396 sq.:

ὡς καὶ νῦν ἐπ' ἔμ' ἦλθες· ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἐπιδώσω,
οὐδ' ἐπιμετρήσω,

de quorum sententia v. annotationem. Hinc Ascra relicta per partes quasdam Graeciae migrasse videtur. Versus enim *Ἔργων*, quibus, ut cum C. Velleio Paterculo (I, 7.) loquar, patriam, quia multatus ab ea erat (nempe in causa cum fratre acta), contumeliosissime testatus est[1]): versus igitur 639. 640:

νάσσατο[2]) *δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ*
Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ,

non scripti sunt Ascrae, sed alias, fortasse Orchomeni. Orchomenii enim secundum fabulam antiquam, de qua post dixero, ossa poetae ad se transtulerunt, ea ad se pertinere proprie testantes. Certe Pausanias (I, 2, 3.) quo nitatur, quum migrationem respuisse Hesiodum ita dicit: *Ἡσίοδος δὲ καὶ Ὅμηρος ἢ συγγενέσθαι βασιλεῦσιν ἠτύχησαν ἢ καὶ ἑκόντες ὠλιγώρησαν, ὁ μὲν ἀγροικίᾳ* (quod non recte vertitur „agriculturae amore" a Rankio de Hesiod. Oper. et Dieb. p. 26.) *καὶ ὄκνῳ πλάνης,* plane nescio,

---

[1]) Haec non satis intellexit Harlesius ad Fabricii bibl. Gr. I. p. 572. corrigens in Velleio: quia pater multatus erat.

[2]) Auctor Cert. *εἴσατο* p. 313.

nisi in animo habuit Oper. v. 630., qui migrationem tamen per Graeciam non excludit.

Haec sunt, quae quis de Hesiodi vita ex iis carminibus discat, quae huic poetae adscribuntur. Praemisi autem haec, quod antiquissima esse videntur omnium, quae de Hesiodi vita tradita memoriae sunt, non quod ab ipso Hesiodo profecta esse putem. Nam versus omnes, ex quibus haec hausta sunt, adiecti postea sunt atque ex memoria, quanquam antiqua, hominum subiecti, ut singillatim demonstrare conatus sum in animadversionibus. His additae sunt postea narrationes commentitiae a logographis et ab Ephoro, et fabulae quaedam in Hesiodum translatae sunt, quae non de ipso poeta intelligendae erant, sed de secta epicorum, quam et ipse sequebatur et quae postea ab eo nomen duxit. Dicam de omnibus ordine. Ac primum quidem e logographis Hellanicus, Damastes et Pherecydes Hesiodi gentem pertinere ad Orpheum dixerant. Sic enim Proculus in chrestomathia grammatica (v. Bekkeri praef. in schol. Ven. p. I., Thiersch. Act. Phil. Mon. II. p. 576., Bibl. Vet. Lit. et Art. I. p. 8., cf. Lobeck. Aglaoph. p. 322.): *Ἑλλάνικος δὲ καὶ Δαμάστης καὶ Φερεκύδης εἰς Ὀρφέα τὸ γένος ἀνάγουσιν αὐτοῦ· Μαίονα γάρ φασι τὸν Ὁμήρου πατέρα καὶ Δῖον τὸν Ἡσιόδου γενέσθαι Ἀπέλλιδος τοῦ Μελανωποῦ τοῦ Ἐπιφραδέος τοῦ Χαριφήμου τοῦ Φιλοτερπέος τοῦ Ἰδμονίδα τοῦ Εὐκλέους τοῦ Δωρίωνος τοῦ Ὀρφέως.* In quo loco primum hoc animadvertendum est, verba *Μαίονα γάρ φασι* non ita intelligenda esse, quasi totum hoc stemma, quod sequitur Homeri et Hesiodi, explanatum a logographis singillatim esset. Nam Hellanicum nihil dixisse aliud quam gentem Hesiodiam ad Orpheum pertinere ex alio Proculi loco apparet, schol. ad Hes. *Ἔργ.* 631. (Gaisf.): *ὥσπερ ἐμός τε πατὴρ καὶ σός] Τοῦτό φασι διὰ τὸ μιμεῖσθαι τὸν πατέρα. Ἑλλάνικος δὲ Φορωνίδι ἀπὸ Ὀρφέως φησὶν εἶναι τὸν Ἡσίοδον.* Hic quid sit illud, quod de Orpheo ex Hellanico adiectum a Proculo est ad locum, quo patris sui Hesiodus meminerat, plane non perspexeris, si Hellanicus progeniem Homeri Hesiodique ab avo atavoque usque protulerat. Nam patrem Homeri Maeonem (si vere ita dixit, nam auctor Cert. p. 313, 20. habet *Βίωνα*) potuit aliunde nosse. Accedit, quod de Damaste, si etiam ad hunc pertinuisse quis dicat illud *φασί*, prorsus dissentit auctor anonymus in Iriart. Bibl. Matr. p. 233: *Ἀναξιμένης καὶ Δαμάστης καὶ Πίνδαρος Χῖον τὸν Ὅμηρον ἀποφαίνονται καὶ Θεόκριτος, ὁ δὲ Δαμάστης δέκατον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Μουσαίου*

φησὶ γεγονέναι; Musaeus enim ne commemoratur quidem in stemmate Proculi, secundum quem pro Musaeo Dorio quidam, ipse incertus, decimus gentis introducitur. Ac Welckerus quidem (Cycl. epic. p. 149.) hanc diversitatem Damastis ab Hellanico facile posse explicari putat; sed, ut verum fatear, admodum vereor, ut hoc evicerit vir doctissimus: „Denn grade im zehnten Gliede, inquit, weichen auch die drey andern (auctor Certaminis Homeri et Hesiodi, Charax ap. Suidam v. *Ὅμηρος* et Proculus ipse) unter einander ab und alle drey scheinen Volksstämme im Auge zu haben; Musäus aber deutet auf Athen, des Orpheus Sohn Dorion deutet auf die Dorier, wie Pieros, des Linos Sohn, auf Pierien — der *Δρής* des Charax ist vermuthlich *Θρῇξ*, da nach dem makedonischen Dialekt *δ* für *ϑ* eintritt; der *Ὄρτης* aber im Wettstreite neben diesen beiden ist wahrscheinlich in *Ὄτρυς* zu ändern, welcher Odrysen bedeutet." In quo non animadvertit Welckerus *Δρῆς* nomen proprium (nam flexim pronuntiandum erat) mutari non licere propter auctoritatem grammaticorum: Choeroboscus enim p. 1188. Anecd. Bekk. (ed. Gaisford. p. 43. 132. 133.) ita: *τὰ εἰς ης μονοσύλλαβα, ἐὰν μὲν περισπῶνται, ἀποβολῇ τοῦ σ ποιοῦσι τὴν γενικήν, οἷον ὁ Δρῆς τοῦ Δρῆ, ὁ Τρῆς τοῦ Τρῆ· ταῦτα δὲ παραλόγως ἔχουσι τὴν γενικὴν εἰς η καταλήγουσαν· οὐδέποτε γὰρ εὑρίσκεται γενικὴ εἰς η καταλήγουσα, εἰ μὴ ἐπὶ τούτων τῶν δύο. Εἰσὶ δὲ ταῦτα ὀνόματα κύρια.* Quicum conspirat Iohannes Alex. *τον. παραγγ.* p. 7, 30., ubi pro *Κρῆς* legendum esse *Δρῆς* monui in libro de accent. p. 119. Adde Theognost. Canon. in Cramer. Anecd. Ox. T. II. p. 134, 27. Illum autem *Ὄρτην* apud auctorem Certaminis non ausim in *Ὄτρυν* mutare, hoc ut Odrysas significet. Ac si vel maxime concesseris, quod ego quidem non concedo, utrumque nomen sic mutari licere, ut mutavit Welckerus, nihil inde pro re Proculi lucramur. Non consentit enim ullo modo Damastes cum illa Proculi serie. Quare mihi quidem Proculus inde a verbis *Μαίονα γάρ φασι* neque Hellanicum nec Damastem nec Pherecydem, qui nihil quam Orphici generis fuisse Hesiodum dixerant, sed alium scriptorem intellexisse videtur, qui id, quod logographi digito quasi monstraverant, suo modo uberius adumbraverat. Neque obscurus est ille. Nam auctor anonymus in Iriart. Bibl. Matr. p. 233. ita: *Ἔφορος εἰς Χαρίφημον ἀνάγει τὸ γένος αὐτοῦ*; Chariphemus autem neque ab auctore Certaminis neque a Charace commemoratur, sed a Proculo tantum, unde sponte patere videtur Ephorum auctorem secutum esse

Proculum, eundemque Ephorum logographorum vestigiis insistentem intelligendum esse inde a verbis *Μαίονα γάρ φασι.* Proculus vero, quum mares tantum stemmatis Hesiodii et Homerici indicare vellet, non addidit Ephorum praeterea alterum Maeonis fratrem Dium commemorasse, ex cuius filia Cretheide (Aeolidem Crethea ipse Hesiodus commemoraverat fragm. 32.) Maeo Homerum procreavit. Sic enim auctor anonymus de vita et poesi Homeri 2. (Plut. script. T. XIV. p. 475. Hutten.): *Ἔφορος μὲν οὖν ὁ Κυμαῖος ἐν συντάγματι τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἐπιχωρίῳ Κυμαῖον αὐτὸν ἀποδεικνύναι πειρώμενός φησιν, ὅτι Ἀτελλῆς* [l. *Ἀπελλῆς*] *καὶ Μαίων καὶ Δῖος ἀδελφοὶ Κυμαῖοι τὸ γένος. ὧν Δῖος μὲν διὰ χρέα μετῴκησεν εἰς Ἄσκρην, κώμην τῆς Βοιωτίας, κἀκεῖ γήμας τὴν Πυκιμήδην ἐγέννησεν Ἡσίοδον. Ἀτελλῆς δὲ τελευτήσας ἐν τῇ πατρίδι Κύμῃ κατέλιπε θυγατέρα Κρηθηΐδα τοὔνομα, προστησάμενος αὐτῇ τὸν ἀδελφὸν Μαίονα. ὃς διακορεύσας τὴν προειρημένην καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πολιτῶν ἐπὶ τῷ γεγονότι δείσας κατάγνωσιν ἔδωκεν αὐτὴν πρὸς γάμον Φημίῳ τῷ Σμυρναίῳ, διδασκάλῳ γραμμάτων, φοιτῶσα δὲ αὐτὴ ἐπὶ τοὺς πλυνούς, οἳ ἦσαν παρὰ τῷ Μέλητι, ἀπεκύησε τὸν Ὅμηρον ἐπὶ τὸν ποταμὸν καὶ διὰ τοῦτο Μελησιγενὴς ἐκλήθη.* In quo notandum est verba *διὰ χρέα*, si ab Ephoro profecta sunt vel ab eo, cui Ephori dicta in animo erant, non ita cum Tzetze intelligenda esse, ut „propter nomina facta" significent, quemadmodum concludas ex Hesiodi *Ἔργ.* 639., sed „necessitate coactum propter facinus aliquod." V. Proculus ad Oper. 633: *Ἔφορος δέ φησι τοῦτον* (Hesiodi patrem) *εἰς Ἄσκρην ἐλθεῖν οὐ δι' ἐμπορίαν, ἀλλὰ φόνον ἐμφύλιον ἐργασάμενον* [3]). Si verum est quod demonstrare conati sumus, Proculum non logographorum, sed Ephori stemma proposuisse, verisimile etiam esse videtur eundem Ephorum gentem Orphei eodem modo ab Apolline et Thoosa vel Aethusa derivasse, atque hoc indicatur ab auctore Agonis et ab Charace, ut totum stemma gentilicium secundum Ephorum hoc fuisse videatur: *Ἀπόλλων καὶ Θόωσα, Λίνος, Πίερος καὶ Μεθώνη, Οἴαγρος καὶ Καλλιόπη, Ὀρφεύς, Δωρίων, Εὐκλῆς, Ἰδμονίδης, Φιλοτερπής, Χαρίφημος, Ἐπιφραδής, Μελανωπός, Ἄπελλις, Ἀπελλῆς,*

---

3) Quid Apollodorus (vel Autodorus) Cumaeus de eadem re dixerit nescimus. Cramer. Anecd. Ox. IV. p. 310: *φασὶ δὲ Αὐτόδωρον* [nescio an legendum sit *Ἀπολλόδωρον*, v. I. Classen de grammat. Gr. primord. p. 8.] *τὸν Κυμαῖον πρῶτον ἐπιγεγραφέναι αὐτὸν γραμματικὸν σύγγραμμά τι γράψαντα περὶ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου.*

Δῖος (*Δίου Πέρσης καὶ Ἡσίοδος*), *Μαίων* (*Μαίονος Ὅμηρος*). Ex Strabone vero XIII. p. 428., qui Ephorum ante oculos habuit, recte concludas Ephorum Dium patrem Hesiodi ex vs. 299. Operum elicuisse. Sic enim ille: *ἀνὴρ δ' ἄξιος μνήμης ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως* (*Κύμης*) *ἀναντιλέκτως ἐστὶν Ἔφορος τῶν Ἰσοκράτους γνωρίμων τοῦ ῥήτορος ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας καὶ τὰ περὶ τῶν εὑρημάτων. καὶ ἔτι πρότερος τούτου Ἡσίοδος ὁ ποιητής. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Δῖος μετῴκησεν εἰς Βοιωτοὺς Κύμην Αἰολίδα προλιπών·*

νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ.

Ὅμηρος δ' οὐχ ὁμολογουμένως. πολλοὶ γὰρ ἀμφισβητοῦσιν αὐτοῦ. Ephorus autem Cumaeus, ut patriae suae consuleret, quae a poetarum multitudine et praestantia parum honorifice audiebat (v. auctor. vit. Hom. 15., Ephorum Marx. p. 268.), Hesiodum et Homerum Cumaeos finxit, finxit Dium Hesiodi patrem, idemque, qui Dium finxit, Pycimeden, Apollinis filiam, Dii uxorem, si non finxisse omnino, certe stemmati Hesiodio intulisse putandus est. Ac iure quodam gentilicio Hesiodum quidem potuit Cumaeum dicere, quod interdum cives coloniarum etiam metropolis cives dicti sunt. V. Mueller. Dor. I. p. 122. Ceterum neque Agonis auctorem neque Characem a Proculo vere dissensisse puto, sed utrumque cum Proculo stemma ab Ephoro confectum secutum esse. Primum enim perspicuum est, quam facile *ΟΡΤΗΣ*, qui dicitur ab auctore Agonis, oriri ex *ΔΡΗΣ* potuerit, a quo non differt Dorio Proculi. Hic enim quum scripsisset *τοῦ Δρῆ τοῦ Ὀρφέως*, alius, qui hoc describeret, ignotum illud *Δρῆ*, cuius genitivus casus ab antiquis grammaticis dignus habitus est qui praecipue notaretur, pro nota habitum in *Δωρίωνος* (quod notius videbatur nomen esse, v. Plut. de Mus. 21.) mutavit. Deinde in Agone (p. 314, 30.) post *Δρῆν* (sic enim legendum pro *Ὄρτην*) excidit *τοῦ δὲ Εὐκλέα*, pro Harmonida vero et Euphemo introducendi Idmonides et Chariphemus; denique si Agonis auctor ita dicit p. 314, 26: *τινὲς δὲ νεώτερον* [*φασὶ τὸν Ὅμηρον εἶναι τοῦ Ἡσιόδου*] *καὶ συγγενῆ. γενεαλογοῦσί τε οὕτως*, pertinet hoc etiam ad Ephorum. V. Gell. N. A. III, 11.

Ad fabulas non tam de Hesiodo quam de familia (v. Wolf. Prolegg. p. XCVIII.) vel secta, cuius ille fuit princeps, intelligendas primum illud epigramma pertinere videtur, quod de Hesiodo ita agit, ut bis iuventute fruitum esse poetam indicet. Vid. Proverb. Vat. IV, 3: *Ἡσιόδειον γῆρας*] *Ἀριστοτέλης ἐν Ὀρ-*

χομενίων πολιτείᾳ δὶς τετάφθαι φησὶ τὸν Ἡσίοδον καὶ ἐπιγράμματος τοῦδε τυχεῖν· χαῖρε δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας, Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης. Apud Proculum et Suidam Pindaro hoc epigramma tribuitur, nec causa satis idonea est, cur Pindaro abiudicemus. V. Boeckh. Fragm. Pind. p. 554. Rem ita explicare conatus est Marckscheffelius (Hesiodi, Eumeli — fragmenta p. 53 sq.): „Proverbium ex epigrammate ortum est, epigramma e duplici quae ferebatur sepultura, ad quam explicandam aliquis Hesiodum bis vixisse et bis mortuum esse finxit, ut intelligeretur, quomodo in utroque sepulcro poetae ossa esse possent." At vehementer inter se differunt *Ἡσιόδειον γῆρας* et Pindari *δὶς ἡβήσας*, quorum neutrum explicari ex altero potest: illud enim de magna senectute, hoc de repetita vita ita agit, ut provectae senectutis ne vestigium quidem adsit. Quomodo igitur proverbium ex epigrammate oriri probabiliter potuit? Res longe aliter se habere videtur. Is enim, qui proverbia Vaticana collegit, quum proverbiale illud *Ἡσιόδειον γῆρας* explicare recte nesciret, epigrammate Pindarico qualicunque modo id interpretari studuit. Mihi enim non dubium est, quin illud proverbium de nobili loco Hesiodi (apud Plutarch. de def. Oracul. II. Fragm. CLXIII.) intelligendum sit, qui de longinquitate vitae (*γήρᾳ*) hominum, cornicum, cervorum cet. agit, non de ipsius Hesiodi senectute, ut opinabatur is, qui Vaticana proverbia collegit. Ipsam enim Hesiodi senectutem comprobari Alcaei Messenii versiculo (Brunck. Anal. I. p. 490. Anth. Pal. VII, 55.) nemo facile erit qui putet. Nam si ipsum Hesiodum in longaevis hominibus fama habuisset, certe id Lucianus silentio non praeteriisset in dialogo de macrobiis. Ipsa etiam mortis Hesiodi causa, quam Plutarchus exposuit (Sap. Conv. 19.), senectutem quodammodo videtur respuere. Quare nihil reliquum est, quam ut hac fabula de bis iuvene Hesiodo doceri credamus duos aliquando Hesiodos vixisse, id quod etiam duobus Hesiodi sepulcris, quorum alterum erat Naupacti, alterum Orchomeni, sed ita exstructum, ut Naupacto Orchomenum ossa Hesiodi secundum oraculum Delphicum translata esse dicerent Orchomenii, ne suum videretur auctoritate cedere alteri, quod ne Naupactiis quidem omnibus cognitum fuisse fingebant. Sed etiam postea Naupactios suum sibi servasse Hesiodi sepulcrum satis patet ex Plutarchi verbis: *τὸν δὲ τάφον [ἐν τῷ Νεμείῳ] οἱ πολλοὶ τῶν ξένων οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' ἀποκέκρυπται* (non *ἀπεκέκρυπτο*). Aliam famam fuisse, quae Ascra, non Naupacto

in suam urbem ossa Hesiodi transtulisse Orchomenios diceret, olim ex loco Plutarchi apud Proculum Hes. Oper. 631. (T. XIV. p. 308. Hutt.) concludi posse putaram, et sic denuo conclusit Marckscheffelius p. 29. Ita enim Proculus: *Ἀοίκητον δὲ αὐτὸ (τὸ τῆς Ἄσκρης πολίχνιον) ὁ Πλούταρχος ἱστορεῖ καὶ τότε εἶναι, Θεσπιέων ἀνελόντων τοὺς οἰκοῦντας, Ὀρχομενίων δὲ τοὺς σωθέντας δεξαμένων· ὅθεν καὶ τὸν θεὸν προστάξαι τὰ Ἡσιόδου λείψανα λαβεῖν καὶ θάψαι παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησὶ γράφων τὴν Ὀρχομενίων πολιτείαν.* Sed non recte id concludi posse satis ex eo apparet, quod oraculum Delphicum ossa Hesiodi transferri Orchomenum iusserat eam ob causam, quod, Ascraeis receptis ab Orchomeniis, ipse etiam Hesiodus quasi Orchomenius factus esse videretur. Igitur quod Plutarchus narravit item ad Naupactum, non ad Ascram pertinet. Sic enim de hac re Pausanias IX, 38, 3: *τάφοι δὲ Μινύου καὶ Ἡσιόδου*[4]*· καταδέξασθαι δέ φασιν οὕτω τὰ Ἡσιόδου ὀστᾶ. νόσου καταλαμβανούσης λοιμώδους καὶ ἀνθρώπους καὶ βοσκήματα, ἀποστέλλουσι θεωροὺς παρὰ τὸν θεόν (οἱ Ὀρχομένιοι). τούτοις δὲ ἀποκρίνασθαι λέγουσι τὴν Πυθίαν, Ἡσιόδου τὰ ὀστᾶ ἐκ τῆς Ναυπακτίας ἀγαγοῦσιν ἐς τὴν Ὀρχομενίαν, ἄλλο δὲ εἶναί σφισιν οὐδὲν ἴαμα. τότε δὲ ἐπερέσθαι δεύτερα, ὅπου τῆς Ναυπακτίας αὐτὰ ἐξευρήσουσι, καὶ αὖθις τὴν Πυθίαν εἰπεῖν, ὡς μηνύσοι κορώνη σφίσιν. οὕτω τοῖς θεοπρόποις ἀποβᾶσιν εἰς τὴν γῆν πέτραν τε οὐ πόῤῥω τῆς ὁδοῦ καὶ τὴν ὄρνιθα ἐπὶ τῇ πέτρᾳ φασὶν ὀφθῆναι. καὶ τοῦ Ἡσιόδου [τε] τὰ ὀστᾶ εὗρον ἐν χηραμῷ τῆς πέτρας. Καὶ ἐλεγεῖα ἐπὶ τῷ μνήματι ἐπιγέγραπται*[5]. Haec si quis comparaverit cum simili fabula Lacedaemonia apud Herodotum I, 67. de Orestis ossibus, cum Atheniensium custodia Oedipodis et Thesei ossium, heroem fuisse Hesiodum Boeotis non magis dubitabit quam Homerum Chios heroem coluisse (v. Niebuhr. Hist. R. I. p. 347. ed. III.), tanquam principem, qui familiam poeticam ducebat. Intelligendum est autem, quum pro heroe aliquem colendum esse arbitrantur, splendidissimum videri, si indignum tradant interfectum esse. Hinc fabula de morte He-

---

4) De loco, quo Hesiodus sepultus sit, quem Ulrichsius se detexisse putat, agemus ad Tzetzis commentationem de gente Hesiodi, quam huic praefationi adiiciendam curavimus.

5) Ad h. l. recte monuerat Siebelis legendum esse *ἐπιγέγραπται* pro *ἐπεγέγραπτο*. Iure obsecundarunt ei Walzius et Schubartus, qui eodem iure *τε* post *Ἡσιόδου* uncinis incluserunt.

siodi exorta, de qua vario modo scribunt. Ex ipsis Hesiodo tributis carminibus didicerant Chalcide poetam in celebrandis Amphidamantis exsequiis tripodem accepisse, quum hymno prae omnibus excelluisset [6]). Quem tripodem, quanquam auctor versuum illorum Musis Heliconiis consecratum esse dicit, visum in Helicone etiam a Pausan. (IX, 31, 3. cf. Dio Chrys. p. 22, 11. Emper.), tamen non desunt qui Apollini Pythio ab Hesiodo dedicatum esse dicant, quanquam *ἀπαρχαὶ* ab auctore Certaminis Homeri et Hesiodi p. 322, 21. memoratae longe aliter possunt intelligi. Oraculum igitur Hesiodo a Pythia datum est, vitaret templum Nemeaei Iovis, quod ibi mortem subiturus esset. Hinc ille, quod Nemeam in Peloponneso fugiebat, obtruncatus est in area sacra Nemeaei Iovis, quae prope abest ab Oeneone Locrorum (Thucyd. III, 96.) in agro Naupactio. Mortis causam sic aperuit secundum fabulam antiquam Plutarch. Sept. Sap. Conv. 19: *Μιλησίου* (Demodes nomen erat, v. Eratosthenem ap. auct. Cert. Hom. et Hes. p. 323, 19.) *γάρ, ὡς ἔοικεν, ἀνδρός, ᾧ ξενίας ἐκοινώνει Ἡσίοδος καὶ διαίτης ἐν Λοκροῖς, τῇ τοῦ ξένου θυγατρὶ* [7]) *κρύφα συγγενομένου καὶ φωραθέντος ὑποψίαν ἔσχεν ὡς γνοὺς ἀπ' ἀρχῆς καὶ συνεπικρύψας τὸ ἀδίκημα μηδενὸς ὢν αἴτιος, ὀργῆς δὲ καιρῷ καὶ διαβολῇ περιπεσὼν ἀδίκως. ἀπέκτειναν γὰρ αὐτὸν οἱ τῆς παιδίσκης ἀδελφοὶ περὶ τὸ Λοκρικὸν Νέμειον ἐνεδρεύσαντες καὶ*

---

6) *Ἔργ.* 652 sq. Cf. Plut. Conv. Sept. Sap. 10. Procul. Chrest. p. 1. Bekk.

7) Phygeus (al. Phegeus, quod nomen legitur etiam apud Hom. Il. V, 11. 15. Herodot. IX, 26. Virg. Aen. IX, 765.) nomen erat hospiti, filiae Ctimene (al. Ctemene), filiis, Hesiodi interfectoribus, secundum Alcidamantem (v. Certam. Hom. et Hes. p. 323, 13 sqq. Cf. Aristot. Rhetor. II, 23.) Amphiphanes et Ganyctor, secundum Eratosthenem (v. l. l.) Ctimenus et Antiphus Ganyctoris. Hunc secutus esse videtur Pausan. IX, 31, 5., qui pro Phygeo item Ganyctorem habet patrem. Sic enim intelligo Pausaniam; nam quod hic addit: *αὐτόθι ἀσεβήσασιν ἐς Ποσειδῶνα ἐγένετο τῇ Μολυκρίδι σφίσιν ἡ δίκη*, non pertinere ad alterius interfectoris filios satis patere puto. V. Plut. de solert. anim. 13. Sympos. V, 2. Ad locum Eratosthenis pertinere etiam videtur quod habet Choeroboscus ad Theodos. Canon. p. 81, 27. Gaisf. *γάννξ γάννκος* (*ὁ γανάκτωρ παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει*); aliter tamen Giesius statuit (über den äolischen Dialect p. 190.), qui, quum *γανάκτωρ* Aeolicum esse dicit pro *ἀνάκτωρ*, non satis ad *γάννξ γάννκος* animum advertisse videtur. *Γανύκτωρ* est etiam apud Nonn. Dion. XL, 226. Ceterum si quis quaerat locum, quo haec omnia narraverit Eratosthenes, legendum fortasse coniiciet *Ἐρατοσθένης δέ φησιν ἐν Ἡσιόδῳ* in Certam. p. 323, 14. Cf. Diar. Antiq. stud. 1839. p. 860.

μετ' αὐτοῦ τὸν ἀκόλουθον, ᾧ Τρώϊλος ἦν ὄνομα· τῶν δὲ σωμάτων εἰς τὴν θάλασσαν ὠσθέντων τὸ μὲν τοῦ Τρωΐλου εἰς τὸν Δάφνον ποταμὸν ἔξω φερόμενον ἐπεσχέθη περικλύστῳ χοιράδι μικρὸν ὑπὲρ τὴν θάλασσαν ἀνεχούσῃ, καὶ μέχρι νῦν Τρώϊλος ἡ χοιρὰς καλεῖται. τοῦ δὲ Ἡσιόδου τὸν νεκρὸν εὐθὺς ἀπὸ γῆς ὑπολαβοῦσα δελφίνων ἀγέλη πρὸς τὸ Ῥίον ἐκόμισε καὶ τὴν Μολυκρίαν. Ἐτύγχανε δὲ Λοκροῖς ἡ τῶν Ῥίων [f. *Ἀριαδνείων*] *καθεστῶσα θυσία καὶ πανήγυρις, ἣν ἄγουσιν ἔτι νῦν, περιφανῶς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον*[8]), *ὡς δ' ὤφθη προςφερόμενον τὸ σῶμα, θαυμάσαντες, ὡς εἰκός, ἐπὶ τὴν ἀκτὴν κατέδραμον καὶ γνωρίσαντες ἔτι πρόσφατον νεκρὸν, ἅπαντα δεύτερα τοῦ ζητεῖν τὸν φόνον ἐποιοῦντο διὰ τὴν δόξαν τοῦ Ἡσιόδου· καὶ τοῦτο μὲν ταχέως ἔπραξαν*[9]). — *αὐτούς τε γὰρ κατεπόντισαν ζῶντας*[10]) *καὶ τὴν οἰκίαν κατέσκαψαν. Ἐτάφη δὲ Ἡσίοδος πρὸς τῷ Νεμείῳ· τὸν δὲ τάφον οἱ πολλοὶ τῶν ξένων οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' ἀποκέκρυπται, ζητούμενος ὑπ' Ὀρχομενίων κ. τ. λ.* Eodem pertinet Alcaei Messenii epigramma Brunck Anal. I. p. 490., Anth. Pal. VII, 55: *Λοκρίδος ἐν νέμεϊ σκιερῷ νέκυν Ἡσιόδοιο κ. τ. λ.* Hac tam honorifica in luco Nemeo sepultura praeclare videtur indicari pro heroe Locrensibus et Boeotis fuisse Hesiodum. Recte enim Lobeck. Aglaoph. p. 281: „Pythia, quotiescunque civitates fame, bello aliove malo pressae divina consilia peterent, toties ferme heroum ossa condere in suis finibus vel iam conditis debitos honores reddere iussit." Neque Hesiodi eo loco immemor fuit vir doctissimus. Comparari optime poterit fabula de Lino, cuius duo exstiterunt sepulcra, alterum Argis, Thebis in Boeotia alterum, nec erit quisquam, qui de Lino heroe dubitet.

II. De tempore, quo Hesiodus vixerit.

De aetate Hesiodi quaerere difficillimum est, quod quae sub eius nomine circumferuntur carmina non uni eidemque poetae adscribere licet. Primus, qui uberius hunc locum exponeret, Heraclides Ponticus fuisse videtur, de aetate enim Homeri et He-

---

8) Festum Ariadneum dicit auctor Certam. p. 323, 7. *εἰς Ποσειδῶνα ἀσεβῆσαι* interfectores addidit Pausanias.

9) Canem Hesiodi detexisse Ganyctorem et Amphiphanem tradit Plut. de solert. anim. 13, 36.

10) *σφαγιασθῆναι θεσμοῖς ξενίοις ὑπὸ Εὐρυκλέους τοῦ μάντεως.* Auctor Cert. Hom. et Hes. p. 323, 5.

siodi duobus libris, sed ita scripsit (v. Diogenes L. V, 6, 4.), ut Chamaeleo ea, quae de Hesiodo et Homero scripsit, sibi suffuratum esse contenderet. Primus autem, qui Homerum antiquiorem Hesiodo pronuntiasse sine uberiore disquisitione dicitur, est Xenophanes Eleata (v. Gellius III, 8., Karsten. Xenophanis rel. p. 83.). Sed non multum tribuerim huic Gellii sententiae, si ex Hesiodi nomine nomini Homeri postposito id concludendum esse opinatus est. V. Xenophanis rel. ed. Karsten. p. 43. Postea Posidonium uberius id exposuisse tradit Io. Tzetza Exeg. in Il. p. 19, 2. Herm. Ephorus vero primus fuisse videtur, qui Homero antiquiorem Hesiodum esse diceret, quem secuti sunt Philostratus, L. Attius (ap. Gell. N. A. IV, 11.), marmor Parium, atque hoc quidem ita, ut 161 annos ante Olympiades Hesiodum floruisse scriberet, Homerum 130 annos; Posidonius vero (v. I. Tzetz. Exeg. in Il. p. 19, 2.) et grammatici Alexandrini (v. Schol. Ven. Il. XXIII, 683.) iuniorem. Addam praeterea miram sententiam a Ioanne Antiocheno (Malala) prolatam in Cramer. Anecd. Paris. II. p. 389, 14: *ἦν ἐπὶ τῶν ιβʹ πατριαρχῶν ὁ Ἡσίοδος, ὃς τὰ Ἀσσυρίων γράμματα εἰς Ἑλλάδα γλῶσσαν μετέβαλεν*, quocum componas alterum locum apud eundem Malalam p. 59, 5. L. Dindorf. et apud Cramerum T. II. p. 241, 6: *ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τούτοις ἀνεφάνη τις ἐκ φυλῆς τοῦ Ἰαφέθ, ὀνόματι Ἡσίοδος, ὅστις ἐφεῦρε τὰ Ἑλληνικὰ γράμματα, ὁ καὶ θεολόγος τῶν Ἑλλήνων.* His quum postea addit p. 241, 27: *ἐν τοῖς χρόνοις Γεδαιὼν τοῦ Κριτῶν (Κριτοῦ) ἦν Ὀρφεὺς ὁ Θρᾷξ*, fontem, ex quo haec hausta sunt, fortasse quis divinarit. Nam ita Io. Tzetza Exeges. in Il. p. 21, 17. (cf. Malal. p. 72, 16.): *ἐξελέγξω — καὶ Τιμόθεον τὸν Ὀρφέα ἐπὶ Γεδεὼν εἶναι λέγοντα ὡς οὐκ ὀρθῶς περὶ τῶν χρόνων, ἀλλ' ἐψευσμένως.* Est autem hic Timotheus chronographus; v. I. Malalae Chronic. p. 76, 7. ed. Ven. Alia, ut apud eundem Cramer. II. p. 385., sciens praetereo. Atque confecta res foret, si credi Philochoro posset (v. Proculum ad Oper. p. 271.; de hoc autem postea dicetur) Stesichorum poetam fuisse filium Hesiodi ex Clymene: is enim natus est Ol. 37, 1, mortuus Ol. 56, 4. (v. Clinton. Fast. Hell. I. p. 5. Krueg., quanquam in diversam sententiam abiit marmoris Parii scriptor; v. Boeckh. Corp. Inscr. II. p. 302. 338.). Verum haec fabula de Hesiodi filiis non tam de progenie ipsa ac stirpe poetae valet quam de eius secta, de qua postea dicetur. Dicuntur enim familiae etiam scholae philosophorum (v. Wolf. Prolegg. p. XCVIII.). Valde incerta est igi-

tur computatio Dodwelli de cyclis V, 10. hac fabula confisi. Mihi igitur nunc fere acquiescendum esse videtur in sententia Herodoti, qui Hesiodum, i. e. Theogoniae poetam, et Homerum quadringentis fere annis suam ipsius aetatem dicit antecedere (II, 53.). Quocum consentiunt Euthymenes in Chronicis et Archemachus in tertio Euboicorum (v. Clement. Alex. Strom. I. p. 239. Sylb.). Qui antiquiorem Hesiodum faciunt Homero non inepte concludunt ex magna parte Operum, quae sane habenda est in antiquissimis Graecae poesios monumentis; qui recentiorem, ex Theogonia potissimum et reliquis Hesiodo adscriptis carminibus argumentantur, de quorum aetate lubricum admodum est iudicium, quum Hesiodo adscriberent multi ea carmina, quae genus poesios sequi videbantur ad Hesiodum potissimum auctorem relatum. Subactissimum hac de re est iudicium Wolfii Prolegg. p. XLII: „Vocabulum poetae posterius videtur ipso Hesiodo nec ante receptum quam musica ab arte pangendi carminis vulgo divelli coepisset. Sed Hesiodum quum dico, omne illud tempus intelligo, in quod Hesiodiorum quae nunc feruntur operum confectio incidit. Non uni enim illa tribuenda esse patet et multo plura nomine eius ferebantur apud veteres. In ἔργοις loci sunt multi πίνῳ venerandae vetustatis signati. Theogonia autem et Scutum Herculis et maxima pars eorum, quorum brevia fragmenta supersunt, Homerum toto fere saeculo subsequuntur. Huius rei argumento est quod in iis plures notiones novae exstant et imitationes locorum Homericorum, imprimis terrarum et populorum auctior et explicatior notitia." Cf. Anal. lit. III. p. 274. Haec cautius dicta sunt quam ea, quae protulit I. H. Vossius Epist. myth. II. 12. et Antisymb. I. p. 289. Cf. Thiersch. de Hesiodo in commentat. acad. Monac. MDCCCXIII. p. 20.

III. De poetis Hesiodiis.

Quod nostris quoque temporibus fieri solet, ut qui in aliqua arte et facultate excellat alios ad tramitem suum alliciat atque eo pergere quasi instiget, id praesertim eo tempore factum esse probabile est, quo artes quasi recentes tanquam ex Iovis capite Minerva prosiluerunt. Sic qui primus avia Pieridum loca ita peragrarat, ut intelligentium hominum plausum mereretur, multos continuo asseclas atque sectatores necessario nactus est. In horum numero imprimis habendus Hesiodus, qui primus

inter Graecos antiquissimam philosophiam, i. e. doctrinam de diis et de hominum vita, versibus heroicis certa ratione tradidisse videbatur, quum ceteri poetae, quos non inepte Homericos dixeris, facta tantum antiquorum temporum historica et continua serie enarrassent. Hesiodum tanquam magistrum et doctorem multi alii secuti sunt, qui didacticum poesios genus elegerunt ita, ut vel filios vel posteros vel discipulos eius aut se ipsi dicerent, aut sic ab aliis dicerentur. Atque filii quidem et posteri dicti sunt prorsus in eum modum, quo medici Aesculapii filii (*Ἀσκληπιοῦ παῖδες*), sacerdotes *ἱερέων παῖδες*, sapientes *σοφῶν παῖδες* dicebantur, et quo ipsum oraculum Delphicum (Thucyd. V, 16.) *τὸ σπέρμα* dixit pro *ἀπογόνῳ*. In horum numero nisi Cercops fuit (nam illud Diogenis L. II, 46: *Κέρκωψ ἐφιλονείκει Ἡσιόδῳ ζῶντι*, non ita intelligendum est cum Wuellnero de cyclo p. 50., ut Cercopem Homeridam fuisse statuamus, sed ita se applicuisse Hesiodiae poesi [v. Welck. Ep. Cycl. p. 270.], ut in eodem genere poesios excelluisse atque adeo superior fuisse secundum quorundam opinionem putandus sit; v. Argum. IV. Aristoph. Ran.), primus videtur Terpander fuisse, de quo Suidas dicit: *οἱ δὲ ἀπόγονον Ἡσιόδου ἀνέγραψαν, ἄλλοι δὲ Ὁμήρου, Βοίου λέγοντες αὐτὸν τοῦ Φωκέως τοῦ Εὐρυφῶντος τοῦ Ὁμήρου·* Atque ad gentem quidem Homericam pertinere propterea credebatur, quod Homeri carmina nova musica cani in agonibus docuit (Plut. de Mus. 31. Cf. Bernhardy Litt. Gr. I. p. 230.) et omnino strenue excoluit Homericam poesin (Plut. de Mus. 5.); ad Hesiodum vero, quod primus huius etiam carmina melodia ornavit, qua olim carebant. Nam Plutarchus (de Mus. 4.) Terpandrum Boeoticum et Aeolicum aliquem nomum citharoedicum invenisse auctor est, qui ad Hesiodi carmina imprimis pertinuisse videtur. Accedit, quod idem Plutarchus Terpandrum in quibusdam citharoedicis nomis Philammonem Delphum secutum esse dicit (de Mus. 5.), quem ipsum Apollinem, stemmatis Hesiodii principem, instituisse fama erat; nec silentio praetereundum est Apollinis Pythii oraculum Lacedaemonios de sedandis seditionibus rogantes iussisse Terpandrum arcessere (Schol. Aristid. p. 593. Dind.). Terpander autem quum vixerit circiter Ol. XXXIII., mirum esset Stesichorum, qui mortuus est Ol. LV, 1. secundum Eusebium (vel Ol. LVI, 4. secundum alios), filium Hesiodi dici, nisi hoc eo modo intelligendum esset, quem indicavi. Hic enim poeta non propter musicam, qua Hesiodum Terpander prosecutus esse videtur (musica enim Stesichorus toto coelo distabat a

Terpandro; vid. Plut. de Mus. 7.), sed quod non solum mythica carmina Hesiodio modo composuit, sed etiam inventis fabulis se ad *Ἔργα* Hesiodi (v. *Ἔργ.* 200.) applicuit (v. Kleine Stes. Fragm. p. 109.). Prorsus similem causam habuisse videntur ii, qui Mnaseam filium Hesiodi dicerent. Sic enim Proculus ad Oper. 263: *Ἰστέον δὲ, ὅτι υἱὸς Ἡσιόδου Μνασέας ἐστὶ, Φιλόχορος δὲ Στησίχορόν φησι τὸν ἀπὸ Κλυμένης, ἄλλοι δὲ Ἀρχιέπης*, quod mirum in modum corrupit Tzetza: *σημείωσαι, τίς παῖς Ἡσιόδου. Παῖδα οἱ μὲν Μνασέα* (huic igitur *Μνασεύς* erat nominativus), *οἱ δὲ Ἀρχιέπην* (fecit igitur ex matre filium Hesiodi), *οἱ δὲ τὸν Στησίχορον τὸν μελῳδὸν ἐξεδέξαντο.* Atque Mnaseae nomen „ad memoriam rerum traditarum" tantummodo revocavit Marckscheffelius p. 33. cum Welckero (in Iahnii Annalibus Nov. IV, 1. p. 142.), sed Mnaseas, scriptor Pataraeus, aeque atque Stesichorus Hesiodio more mythologiam non solum Graecorum, sed omnium populorum exposuerat, ut facile concludi ex quibusdam eius reliquiis potest; v. Schol. Apollon. I, 131: *Ὕλας, Ἡρακλέους ἐρώμενος, υἱὸς Θειοδάμαντος τοῦ Δρύοπος. Οὕτω Μνασέας.* I, 917: *Μυοῦνται δὲ ἐν τῇ Σαμοθρᾴκῃ τοῖς Καβείροις, ὧν Μνασέας φησὶ καὶ τὰ ὀνόματα. τέσσαρες δ' εἰσὶ τὸν ἀριθμόν· Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ, Ἀξιόκερσα δὲ ἡ Περσεφόνη, Ἀξιόκερσος δὲ ὁ Ἀΐδης. Ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κασμίλος ὁ Ἑρμῆς ἐστιν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος.* II, 498: *Μνασέας δέ φησι κατ' ἰδίαν αὐτὴν [τὴν Κυρήνην] προαίρεσιν ἐς Λιβύαν ἐληλυθέναι, οὐχ ὑπ' Ἀπόλλωνος διαχθεῖσαν.* II, 675: *Μνασέας δέ φησι νῦν τοὺς ὑπερβορείους Δελφοὺς* (l. *Κελτοὺς* c. I. H. Vossio Alte Weltkunde p. XXX.) *λέγεσθαι.* II, 1054: *ἰδίως δὲ Μνασέας φησὶ Στυμφάλου τινὸς ἥρωος καὶ Ὄρνιθος γυναικὸς γενέσθαι Στυμφαλίδας θυγατέρας, ἃς ἀνελεῖν τὸν Ἡρακλέα, ὅτι οὐ προσεδέξαντο αὐτὸν καὶ ἐξένισαν τοὺς Μολίονας [Μολιονίδας?].* IV, 264: *Μνασέας δέ φησι πρὸ σελήνης Ἀρκάδας βασιλεῦσαι.* I, 1129: *Ὡς δὲ Μνασέας ἐν πρώτῳ περὶ Ἀσίας, Ἰδαῖοι Δάκτυλοι λέγονται ἀπὸ τοῦ πατρὸς Δακτύλου καὶ τῆς μητρὸς Ἴδης.* Adde Steph. B. v. *Δάρδανος.* Phot. Lex. v. *Ζάμολξις, Πραξιδίκη, Σαβοί.* Schol. Ven. Il. *τ*, 291. *υ*, 234. Scripsit item Mnaseas Pataraeus *Δελφικῶν χρησμῶν συναγωγήν* (v. Schol. ad Hes. Th. 117. Phot. Lex. v. *Ὑμεῖς, ὦ Μεγαρεῖς*), quae item ad res sacras Graecorum atque, ut postea exponetur, ad Hesiodum imprimis eiusque scholam attinebat, et si Pataraeus Mnaseas est is, quem in iis numerat Varro de re rust. I, 1., qui Graece de agris colendis scripserunt, Columella

vero I, 1. cum Bacchio dicit Milesium, haberemus etiam Operum Hesiodi aemulum Mnascam. Mirum est etiam Mnascam Corcyraeum didactica carmina tam cosmologica quam astronomica et georgica composuisse, de quibus vide inscriptionem apud Boeckh. n. 1907. a. T. II. p. 36. Iam vero, quaeret quispiam, quum Mnascas ille Alexandrinorum tempore vixerit (v. Lobeck. Aglaoph. p. 1221. cf. Welcker. Tril. p. 240.), qui tandem Hesiodi filius, i. e. Ἡσιοδίδης probabili modo dici potuit? Eodem arbitror iure, ut etiam posteris temporibus Ὁμηρίδαι et Ἀσκληπιάδαι inveniebantur, qui gentem suam ab Homero et Aesculapio propter artem, qua pollebant, derivarent. Similiter Acusilaus et Eumelus in Hesiodidis haberi poterant, si contuleris Clem. Al. Strom. VI. p. 629. A: τὰ Ἡσιόδου μετήλλαξαν εἰς πεζὸν λόγον καὶ ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν Εὔμηλός τε καὶ Ἀκουσίλαος οἱ ἱστοριογράφοι, et Walz. Rhet. IX. p. 144: Ἀκουσίλεως καὶ Ἡσίοδος καὶ Ὀρφεὺς ἐν θεογονίαις, nec minore iure Hecataeus et Pherecydes, quum genealogi essent. Quid? quod etiam Empedocles, qui Theogoniam scripsit (v. Karsten. p. 73.), cuius καθαρμοί a Cleomene rhapsodo Olympiae sunt declamitati (v. Athen. XIV. p. 620., Karsten. p. 40.), tantam cum Hesiodo familiaritatem prodit, ut ipse Hesiodidam appellare sese possit? Sic, ut paucis defungar, p. 84. Karsten. apud Empedoclem habes μυρίας ὥρας, de quo accusativo post dixerimus, p. 86, 19: ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται (v. Hes. Th. 800.), p. 92, 60: σφαῖρος κυκλοτερὴς μονίῃ περιηγέϊ χαίρων (v. Fragm. CXCIX.), p. 116: ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσι (Theog. 673.), p. 128, 298: οἴδματι θῦον (v. Th. 131. coll. Homer.), p. 138: οὔτ' ἀπό οἱ νώτων γε δύω κλάδοι ἀΐσσουσιν (cf. Oper. 742. πέντοζος); al. Iam vero etiam patebit, cur Hesiodi gentem ad Orpheum revocaverint Hellanicus, Pherecydes, Damastes, si Aristophanis verba comparaveris Ran. 1059: Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς ἡμῖν κατέδειξε φόνων τ' ἀπέχεσθαι (v. Pausan. IX, 30.). Hoc enim ad didacticum poesis genus proprie attinet. Nec minus apte Aesopum se dixisse discipulum Hesiodi tradiderunt, quod inventio fabulae ethicae, quam αἶνον appellavit antiqua aetas, adscribitur poetae Ascraeo (v. Ἔργ. 200. Theog. 594. cf. Schol. Aristid. p. 728.). Sic etiam Quintilian. Inst. V, 11: si originem non ab Aesopo acceperunt fabulae (nam videtur earum primus auctor Hesiodus), nomine tamen Aesopi maxime celebrantur, nec minore iure id fieri potuit atque Anaximander Thaletis di-

scipulus dictus est[11]). Si igitur scholam Hesiodiam statuimus, non hoc crassa Minerva ita intelligendum est, ac si certa quaedam praecepta a senioribus magistris poetis iunioribus discipulis in subselliis audientibus tradita essent, quemadmodum id medio aevo factum est in Germania, sed prorsus eodem modo, ac nunc de schola quadam Goethiana vel Schilleriana loquimur, quorum auctores tantum abest ut praecepta sua publice tradiderint, nihil ut magis sit eorum naturae et indoli contrarium. Sed agnovisse veteres certam quandam Hesiodiae poesis causam et rationem iam eo intelligitur, quod carmina quaedam mythologica vel didactica, multo post Hesiodi tempora facta, nihilo minus Hesiodo eam ob causam tribuerunt, quod quasi patrem hunc habuerunt poesis didacticae, certum quendam intelligentiarum orbem complexae, quum ante Hesiodum singula tantum huius poesis conamina facta essent. Ipsum autem nomen Hesiodi poetae, quanquam in prooemio Theogoniae legitur, de quo post dicetur, certum quoddam poesis genus declarare videtur, quemadmodum Lino id evenit et Stesichori nomen Tisiae poetae inditum est et Theophrasti cognomen Tyrtamo et artificibus quibusdam *Εὔχειρ*. Hoc vel ii indicarunt, qui Aeoles pro *Ἡσίοδος* dixisse tradiderunt *Αἰσίοδος* (v. Etym. M. p. 452, 36: *ἀλλ' ἰδοὺ τὸ Ἡσίοδος καὶ ἡμίονος Αἰσίοδος καὶ αἰμίονος λέγουσιν [οἱ Αἰολεῖς]*), quod, si verum poetae nomen fuisset, sine dubio legeremus in Theogoniae prooemio, nunc autem hanc nominis formam excogitasse ii putandi sunt, qui *αἰσίαν ὁδὸν σοφίας* (cf. Pindar. N. IX, 18.) monstrasse Hesiodum arbitrabantur. Ita enim Etym. M. p. 438, 20., cuius etiam Marckscheffelius memor fuit p. 69.: *Ἡσίοδος ὄνομα κύριον, ὁ τὴν αἰσίαν ὁδὸν πορευόμενος· Ἔργα γὰρ καὶ Ἡμέρας ἔγραψε πρὸς τὴν βίου ἐργασίαν καὶ νομοθεσίαν.* Cf. Ahrens de dial. Aeol. p. 96. Eodem modo Pindarum fama erat de Hesiodo scripsisse *ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης*, et *σοφιστής* Hesiodus dictus est a Cratino. Sed neque ad hanc nominis conversionem opus erat ut confugerent, neque ad Welckeri sententiam, qui cum *ᾄδω* cognatum esse nomen olim putabat (Trilog. p. 12.). Potius duplicis originationis via patet: aut deducas necesse est ab *ἵημι* et *ὁδός*, in qua ego sen-

---

[11]) Recte praeterea Welckerus (Rhein. Mus. VI. p. 389.) *τὴν Αἰσώπου ἀναβίωσιν* comparavit cum Hesiodi repetita vita. Poterat etiam Aeolicam, quam dixerunt, nominis Hesiodi formam cum Aesopi nomine comparare.

tentia olim cum Etym. M. p. 438. fui, ut quasi ἡγεμὼν ὁδοῦ virtutis et scientiae, i. e. parens philosophiae Hesiodus esse videretur, quanquam haec significatio subobscure hoc nomine indicatur, aut ab ἥδομαι vel ἥδω et ὁδός, ut is significetur, qui gaudeat ea via, quam rectam demonstravit; ὁδός enim dicitur et de consilio a diis dato per sortes (Aristoph Eq. 1024.), et de via, quam philosophi monstrant (v. Parmenid. p. 28. 30. 32. 36. Karstenii); atque hoc alterum sane melius esse videtur altero. Si statuimus igitur nomine Hesiodi certum quoddam poesis genus indicari, non unum fuisse Hesiodum, sed plures per se intelligetur, perspicuumque erit, qui fabula illa oriri potuerit, quae Chalcide in Amphidamantis exsequiis factum certamen Hesiodi cum Homero fingebat: non facile enim erraveris, si ab Hesiodo quodam et Homero aliquo (etiam Homeri nomen certum genus poesis significat; v. Welcker. Epischer Cyclus p. 122.) seu a poetis Hesiodiae et Homericae scholae institutum esse hoc certamen statueris. Quodsi igitur in Certamine Homeri et Hesiodi p. 315. Panides fingitur Hesiodo adiudicasse victoriam, discimus inde poesin didacticam Chalcide magis floruisse magisque fuisse acceptam quam Homericam. Quocirca apud alios, qui Homericam praeferebant poesin, in reprehensionem ita incurrit Panides, ut Πανείδου ψῆφος de iis, qui inerudite et minus sapienter iudicassent, abiret in proverbium. Illius autem Certaminis auctorem esse Leschem quendam, non antiquum Pyrrhaeum, sed multo recentiorem, non improbabile videtur. Sic enim Plutarch. Conviv. Sept. Sapient. 10: Ἀκούομεν γὰρ ὅτι καὶ πρὸς τὰς Ἀμφιδάμαντος ταφὰς ἐς Χαλκίδα τῶν τότε σοφῶν οἱ δοκιμώτατοι ποιηταὶ συνῆλθον. (ἦν δὲ ὁ Ἀμφιδάμας ἀνὴρ πολεμικὸς καὶ πολλὰ πράγματα παρασχὼν Ἐρετριεῦσιν ἐν ταῖς περὶ Δηλάντου μάχαις ἔπεσεν.) ἐπεὶ δὲ τὰ παρεσκευασμένα τοῖς ποιηταῖς ἔπη χαλεπὴν καὶ δύσκολον ἐποίει τὴν κρίσιν διὰ τὸ ἐφάμιλλον ἥ τε δόξα τῶν ἀγωνιστῶν, Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου, πολλὴν ἀπορίαν μετὰ αἰδοῦς τοῖς κρίνουσι παρεῖχεν, ἐτράποντο πρὸς τοιαύτας ἐρωτήσεις καὶ προὔβαλον μέν, ὥς φησι Λέσχης·

> Μοῦσά μοι ἔννεπ' ἐκεῖνα, τὰ μήτ' ἐγένοντο πάροιθεν
> μήτ' ἔσται μετόπισθεν.

ἀπεκρίνατο δὲ Ἡσίοδος ἐκ τοῦ παρατυχόντος·

> ἀλλ' ὅταν ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καναχήποδες ἵπποι
> ἅρματα συντρίψωσιν ἐπειγόμενοι περὶ δίκης.

Haec memoriter laudari a Plutarcho, ut alias saepissime fecit, certum est. Quis enim crediderit alterum ita quaesivisse ex al-

tero, ut hemistichio quaestionem finiret, Hesiodum vero respondisse ad Homeri quaestionem verbis *ἀλλ' ὅταν*, quae ne plenam quidem responsionem continent? Si Certamen comparaveris p. 316., longe aptiora invenies: *Ὁ δὲ Ἡσίοδος ἀχθεσθεὶς ἐπὶ τῇ Ὁμήρου εὐημερίᾳ ἐπὶ τὴν τῶν ἀπόρων ὥρμησεν ἐπερώτησιν καί φησι τούςδε τοὺς στίχους·*

Μοῦσ', ἄγε μοι τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα·
τῶν μὲν μηδὲν ἄειδε, σὺ δ' ἄλλης μνῆσαι ἀοιδῆς.

ὁ δὲ Ὅμηρος βουλόμενος ἀκολούθως τὸ ἄπορον λῦσαί φησιν·

οὐδέποτ' ἀμφὶ Διὸς τύμβῳ καναχήποδες ἵπποι
ἅρματα συντρίψουσιν ἐρίζοντες περὶ νίκης.

Ex hoc commate responsionem Homeri apud Plutarchum emendabis. Sed etiam Hesiodi quaestio in Certamine vitio quodam laborat. Videtur enim pro *ΜΟΥΣΑΓΕΜΟΙ* legendum esse *ΜΟΥΣΑΛΕΓΕΙ*: hoc enim versu:

Μοῦσα λέγει τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα,

auctor Certaminis alludere videtur ad Il. I, 70. et Theog. 32., cui deinceps contrarium addit, de quo ab Homero cani postulat. Si memoriter Plutarchus Certamen laudavit, facile etiam intelligitur, cur personas confudisse videatur, quum id, quod Hesiodus quaerit apud auctorem Certaminis, Plutarchus Homero adscripserit. Praeterea apud eundem Plutarchum legendum esse videtur: *καὶ προὔβαλ' ὁ μέν, ὥς φησι Λέσχης.* Quidquid statuas de loco Plutarchi, Lesches auctor Certaminis usque recurret; nam improbabilis est Welckeri (de Cycl. p. 269.) coniectura, qua antiquus Lesches utpote Homericus poeta Chalcide interfuerit certamini, et Hermanni etiam legentis: *ἐτράποντο πρὸς τοιαύτας ἐρωτήσεις καὶ λέσχας καὶ προὔβαλεν ὁ μέν, ὥς φασι,* quae refragatur Periandri apud Plutarchum argumentationi. Marckscheffelii autem argumentum, quo contra me usus est p. 38., nullo modo probari poterit. Sic enim ille: „quae opinio (de Certaminis auctoris nomine e Plutarcho eliciendo) eo magis reiicienda est, quod opusculum illud Plutarcheo libello recentius videtur." In Certamine p. 314. divi Hadriani fit mentio, sed superstitem huic imperatori fuisse Plutarchum admodum probabile est, certe demonstrari non poterit contrarium. Quid impedit igitur, quominus Plutarcho hoc Certamen notum fuisse credamus?

Sed revertimur ad Hesiodios poetas. Pro eorum secta si dico etiam Teleclidis comoediam loqui, quam *Ἡσιόδους*, non *Ἡσίοδον*, inscripsit (v. Meinekii histor. crit. comicorum Graecorum p. 88.),

fortasse habebo eos adversarios, qui ex Cratini Archilochiis eodem iure sectam Archilochiam elici posse assoverabunt. Sed mirum quantum haec differunt. Archilochi enim nomen in praedicatum paulatim abiit, Hesiodi vero si plures dicuntur, non potest id aliter intelligi quam de via ac ratione poesis, quam sectati sint; pronum est igitur intelligere Archilochos Cratini chorum quasi sugillatorum constituisse, Teleclidis vero Hesiodos eorum, qui ex mente Ascraei poetae, i. e. ex utilitate de poematis, quorum frequens apud Teleclidem mentio erat, iudicarent. Haec autem utilitas (ὡς ὠφέλιμοι τῶν ποιητῶν οἱ γενναῖοι γεγένηνται) cur in Boeotia atque in adiacentibus regionibus imprimis accepta fuerit, non mirabitur is, qui hunc omnem Graeciae tractum prae ceteris omnibus favisse et vaticiniis et oraculis meminerit. Boeoti enim, ut de ceteris taceam, Tiresias et Bacis (cuius nomen derivandum esse a βάξει satis videtur patere, si versus Empedoclei meminerimus de vaticiniis: ἐπύθοντο κλύειν εὐηχέα βάξιν. V. Karsten. Empedocl. rel. p. 144.) erant vatum Graecorum omnium celeberrimi, in Boeotia prima exorta Sibylla est (Plut. de Pyth. or. 9.), in Boeotia praeter alia imprimis Trophonii et Amphiarai oracula nobilitata erant (verum est enim quod legimus apud Plutarchum de def. Or. 5: τὴν Βοιωτίαν ἕνεκα χρηστηρίων πολύφωνον ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις), quae per multa saecula floruerunt, unum autem, Sphingis, cuius auctoritas fracta ab Oedipode est. Sphingem enim facile quis cum Lamia monstro comparaverit, quod sedem suam aliquando in ea regione habuisse fama erat, quam postea Apollo Pythius occupavit. Eius autem αἴνιγμα oraculum fuisse, simile illud Delphico γνῶθι σεαυτόν, postea demonstrabitur. Sed ante instituta haec oracula Delphico imprimis se applicuisse Boeotos testis est Pausanias IX, 40, 1. Quid igitur mirum, si Apollo, conditor oraculorum, radix et corona est fabulosi stemmatis Hesiodii, quid mirum, si schola poesis didactica etiam ad sacrae Delphorum sedis elocutionem, qua totius Graeciae religio cultusque tanquam firmo quodam fundamento nitebatur (v. Theog. 497. Pausan. X, 24.) hominesque quid facerent, quid sinerent, edocebantur philosophicisque atque imprimis ethicis sententiis instituebantur, ut Εἶ illo Delphico, quo homines admirabilis suae originis admonebantur (nam εἶ est verbi substantivi secunda persona), sententia celeberrima γνῶθι σεαυτόν, quae totius ethices est principium, dicto μηδὲν ἄγαν (sc. ποίει), Aristoteliae mediocritatis fundo, ne quid de illustri Deliaco epigrammate dicam, cuius memor item Aristoteles

fuit Eth. Nic. I, 9., quid igitur mirum, si ad hanc sapientiam suum quodammodo ingenium etiam schola ista conformavit, quum argumentum poesios didacticae cum causa oraculorum prorsus conspiraret? Quod de Delphici oraculi gravitate dixi confirmat locus egregius Th. 499., quo insignes honores huius oraculi uno verbo prosequitur Hesiodus. Dixi de hac re ad v. 497. Est autem hic locus gravissimus etiam propterea, quod Dodonaei oraculi, Pelasgici illius, ne mentio quidem iniicitur in tota Theogonia, quanquam eius meminit prooemii auctor proverbio illo, de quo scripsi ad v. 35. Th. Scilicet Epirus, in qua situm erat oraculum Dodonaeum, ad Graeciam non vere pertinere arbitrabantur antiquiores Graeci (cf. animadvers. ad Th. 189.).

Homerica igitur et Hesiodia poesis quomodo inter se differant, diligentius hoc loco videtur declarandum esse. Quod ad argumentum attinet, hanc diversitatem recte iam exposuisse videtur is, qui Musas in Theogoniae prooemio sic dicentes introduxit: *ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα, ἴδμεν δ', εὖτ' ἐθέλωμεν, ἀληθέα μυθήσασθαι.* Qui ita dixit, *τοῖς ψεύδεσι* sine dubio notare alteram poesios epicae, quam Homericam diximus, rationem voluit, quum *τοῖς ἀληθέσιν* Hesiodiam laudare in animo esset. Nec dubitabit de hac re qui loci Pindarici Nem. VII, 30. meminerit: *ἐγὼ δὲ πλέον' ἔλπομαι λόγον Ὀδυσσέος ἢ πάθεν διὰ τὸν ἁδυεπῆ*[12] *γενέσθ' Ὅμηρον. Ἐπεὶ ψεύδεσί οἱ ποτανᾷ τε μαχανᾷ σεμνὸν ἔπεστί τι.* Illa autem *ἀληθέα* tam ad deos quam ad mores hominum pertinent, qui etiam ab oraculis reguntur. Porro Homeri secta fidibus canebat, quum carmina sua recitabat. Hesiodii vero poetae assa voce stantes decantare vel potius declamitare poemata solebant sine citharae modis. Pausan. X, 7, 2: *λέγεται δὲ καὶ Ἡσίοδον ἀπελασθῆναι τοῦ ἀγωνίσματος ἅτε οὐ κιθαρίζειν ὁμοῦ τῇ ᾠδῇ δεδιδαγμένον.* Recte igitur axamenta vel assamenta dici poterunt, quemadmodum carmina Saliaria dicebantur, quae quum item theogoniam Romanorum continerent, etiam sine tibiarum cantu proferebantur. Stantes autem id fecisse poetas et per se probabile est et demonstratur loco Luciani (Icaromen. c. 27.): *καὶ αἱ*

---

12) Solo hoc vocabulo sufficiebat id significare. V. Herodot. VII, 101: *ὦ βασιλεῦ, κότερα ἀληθηΐῃ χρήσομαι πρός σε ἢ ἡδονῇ;* Thuc. VI, 17: *εἴ τι καθ' ἡδονὴν λέγοιτο.* Aeschines c. Ctesiph. p. 71, 34. HSt.: *πότερα τἀληθὲς εἴπω ἢ τὸ ἥδιστον ἀκοῦσαι;* Callim. Ep. XIV, 5: *οὗτος ἐμὸς λόγος ὔμμιν ἀληθινός, εἰ δὲ τὸν ἡδὺν βούλει κ. τ. λ.*

Μοῦσαι ἀναστᾶσαι τῆς Ἡσιόδου Θεογονίας ἦσαν, quod recte Boeckhius ad Pind. fragm. p. 560. notavit. Cf. Cert. p. 325. Atque eodem modo sine musica oracula proferri postulabant antiquissimi mores Graecorum (Plut. de Pyth. orac. 22.). Deinde lauri ramum vel bacillum (*ῥάβδον, σκῆπτρον*; v. Theog. prooem. 30. Pausan. IX, 30.) manu tenebant Hesiodii poetae quum orabant. Ea enim erat lauri virtus secundum Graecos, ut et canentes vaticinandi facultate impleret (*ἐκστατικοὺς ἐποίει*) et promptos ad audiendum animos inspiraret audientibus (cf. O. Mueller. Dor. I. p. 336.). Hunc bacilli usum recte Nitzschius (de histor. Homeri p. 139.) comparavit cum more Graecorum in epulis ad ramum lauri vel myrti scolia canendi, ad idemque genus pertinere videntur tum *εἰρεσιῶναι*, tum frondes supplicantium, quibus persuadere cupiunt hominibus, a quibus mitiorem sortem exspectant, tum rami Panathenaeis a libertinis portati (v. Bekker. Anecd. I. p. 242.), tum sceptrum, quod apud Homerum manu tenere solent praecones (sunt autem poetae *θεῶν ἄγγελοι καὶ κήρυκες* secundum Plutarchum de Pyth. or. 22.) et orantes in concione, tum Mercurii *ῥάβδος* (Il. XXIV, 343.). Atque propter hanc artem declamitandi sine citharae modis procul dubio hi poetae dicti sunt rhapsodi, quorum primum fuisse Hesiodum Nicocles dixit ap. Schol. Pind. Nem. II, 1., quum Homerici poetae Aoedi vel *ἐπῶν ποιηταί* dicerentur. Exposuit de hac re Pausanias IX, 30: *κάθηται δὲ καὶ Ἡσίοδος κιθάραν ἐπὶ τοῖς γόνασιν ἔχων, οὐδέν τι οἰκεῖον Ἡσιόδῳ φόρημα· δῆλα γὰρ δὴ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπῶν, ὅτι ἐπὶ ῥάβδῳ δάφνης ᾖδε.* Cf. eund. X, 7, 2. Fuerunt igitur qui *ῥαψῳδόν* vocabulum a *ῥάβδῳ* deducerent, ut Callim. fragm. 138. Bentl., Dionysius Thrax qui dicitur ap. Bekk. Anecd. p. 630: *εἴρηται δὲ ῥαψῳδία οἱονεὶ ῥαβδῳδία τις οὖσα ἀπὸ τοῦ δαφνίνῃ ῥάβδῳ* (*συμβόλῳ Ἀπολλωνιακῷ* secundum Grammaticum Bekk. p. 766.) *περιερχομένους ᾄδειν τὰ τοῦ Ὁμήρου ποιήματα*, Tzetzes Exeg. Hom. p. 45. Neque ipsi adeo Pindaro ignota fuit originatio ista (Isthm. III, 55.). Tamen dubium esse non potest, quin falsa sit haec etymologia, quam probaverat olim Dissenius Pind. p. 362. Boeckh. Welckerusque imprimis sustentavit Ep. Cycl., quum ad *ῥάπτειν* potius vocabulum pertineat. Hoc ipse Hesiodus indicasse dicitur fragm. CCXXVII:

Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ
Μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν,

et ipse Pindarus Nem. II, 1. atque eodem pertinent Luciani verba (*Διάλ. πρὸς Ἡσίοδον* c. 4.) *ὅτι μηδέν ἐστι τῶν ἐῤῥαψῳ-*

δημένων ὑπ' ἐμοῦ. Quae autem erit vera huius nominis significatio? Wolfius Prolegg. p. XCVI. ita: „Quae quidem est vera etymologia (παρὰ τὸ ῥάπτειν ᾠδήν), sed ex antiquiorum temporum ingenio interpretanda. Quippe aliud est breviora carmina modo et ordine publicae recitationi apto connectere, seu, ut Pindari Schol. ait, εἱρμόν τινα καὶ ῥαφὴν adhibere, aliud centonem consuere." Quibus post pauca addidit: „simpliciter ad cantum rhapsodicum trahenda est locutio ῥάπτειν ἀοιδήν in versibus Hesiodo tributis ap. Schol. Pindari;" neque dubium esse potest, quin ἀοιδοί in his versibus proprie adiectum sit propter Homerum, quum ῥάψαντες ἀοιδήν pertinere ad Hesiodum videatur: ῥάπτειν enim ᾠδήν nihil est aliud quam declamare carmina, atque quemadmodum recte sermonem Latinorum derivamus a serendis vel conserendis verbis, sic etiam ῥάπτειν (non συῤῥάπτειν) ᾠδήν dicitur de serendis carminibus, i. e. de pronuntianda bene contexta oratione. Ipse enim facundus nepos Atlantis Ἑρμῆς dicitur a serendo sermone. De Xenophane philosopho, quem publice declamasse sua, non aliena carmina constat, Diogenes Laert. eodem vocabulo utitur IX, 2, 3: Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐῤῥαψῴδει τὰ ἑαυτοῦ. Haec rhapsodorum et poetarum epicorum diversitas agnoscitur etiam in titulis Orchomeniis n. 1583. Boeckh., ubi sic: ποιειτὰς Μήστωρ Μήστορος Φωκαιεύς, et: ῥαψαϜυδὸς Κράτων Κλίωνος Θειβεῖος, et n. 1584., ubi ῥαψῳδὸς Νουμήνιος Νουμηνίου Ἀθηναῖος, ποιητὴς ἐπῶν Ἀμινίας Ἀπολλοδότου Κρησαῖος. Cf. n. 1585. 1587. Sed quid, si etiam Homeri singula carmina rhapsodiae dicebantur? Nempe factum id est postero tempore, quo etiam Homeri carmina sine fidibus a rhapsodis declamitabantur, postea tragico etiam ad hoc negotium instructis vestitu et armatis. V. Platon. Ion. p. 530. Xenophon. Mem. IV, 2, 10. Athen. XIV. p. 620. C. Achilles Tat. III, 20. Cf. Meier. v. Panathenaeen in Encycl. p. 284 sq. Primus videtur Cynaethus Chius fuisse, qui hanc sine fidibus carmina recitandi rationem ad Homericam poesin transferret, de quo v. Welcker. Ep. Cycl. p. 358. Atque immutata semel hac rhapsodi vocabuli significatione eo etiam perventum est, ut rhapsodi histrionibus et choreutis opponerentur, i. e. dramaticis et lyricis (v. Platon. Polit. I. p. 373. B. Legg. II. p. 658.) Sed procedente tempore ita immutata est etiam Hesiodiorum carminum recitatio, ut ad lyram canerentur. Athen. XIV. p. 620. C: Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ Στησιχόρου καὶ μελῳδηθῆναί φησιν οὐ μόνον τὰ Ὁμήρου,

ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου. Plutarch. Symp. IX, 1: Διὸ πρῶτον μὲν ἐκέλευσεν ᾆσαι τὸν Ἐράτωνα πρὸς τὴν λύραν. ᾄσαντος δὲ τὰ πρῶτα τῶν Ἔργων· οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ἐπῄνεσεν κτλ.

Sed non solum in recitandis carminibus Hesiodia poesis se applicabat ad oraculi Delphici rationem, verum etiam aliis in rebus non minus gravibus. Magnam enim Hesiodi carmina familiaritatem produnt cum Pythiorum sacerdotum oraculis eorumque toto loquendi modo. Sic Pythia apud Herodotum VI, 86. versu quodam utitur, qui nunc legitur in Operibus Hesiodi 283: ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων. Quid? quod Hesiodus fratrem, quem adhortatur, μέγα νήπιε Πέρση (Ἔργ. 286.) alloquitur, nonne pertinet ad idem plane genus admonitionum, quo Pythia utitur etiam adversus reges? Apud Herodotum enim (I, 85.) de Croeso dictum est μέγα νήπιε Κροῖσε. Porro Fragm. Hesiodi 163. h. edit. apud Etymologum M. p. 13, 36. dicitur χρησμός quidam. Accedit, quod Ἔργ. v. 180. 181. oraculum esse diximus (v. h. l.). Denique oraculum Pythium sortes suas plerumque ἀλλά particula inchoare notissimum est. Similiter certe Hesiodus: Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην Ἐρίδων γένος. Quod ad elocutionem ipsam oraculi attinet, Heraclitus Ephesius optime dixit: ὁ ἄναξ, οὗ τὸ μαντεῖόν ἐστιν ἐν Δελφοῖς, οὔτε λέγει οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει (Plut. de Pyth. or. 21.). Atque hoc vocabulo plerumque usum esse videtur oraculum Dodonaeum. V. Demosth. c. Mid. p. 531: τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει. Hoc autem quid sit, planius deinceps exposuit Plutarchus (de Pyth. or. 24.): φιλοσοφία δὲ τὸ σαφὲς καὶ διδασκαλικὸν ἀσπασαμένη μᾶλλον ἢ τὸ ἐκπλῆττον διὰ λόγων ἐποιεῖτο τὴν ζήτησιν, ἀπέπαυσε δὲ τὴν Πυθίαν ὁ θεὸς πυρικάους μὲν ὀνομάζουσαν τοὺς αὐτῆς πολίτας, ὀφιοβόρους δὲ τοὺς Σπαρτιάτας, ὀρεᾶνας δὲ τοὺς ἄνδρας, ὀρεμπότας δὲ τοὺς ποταμούς. Hinc colligitur Pythiam adamasse praecipue poeticam rationem eam, quae pro nomine rei utitur eius praedicatis iisque paulo obscurioribus. Sic Delphi dicebantur πυρίκαοι (vel πυρίκηοι), Thessali ποικιλόδιφροι, Arcades βαλανηφάγοι, Corinthii χοινικομέτραι (Athen. VI. p. 272. B., quem allegavit Lobeckius Aglaoph. p. 845.), Spartani ὀφιβόροι [vel potius ὀπφιβόροι; βόρους dixisse videtur pro: ὀδοῦσι; nam Sparti sunt nati e satis a Cadmo draconis, ὄφεως, dentibus, ut ambiguum esse videretur, utrum Spartanos an Thebanos intellexerit oraculum, quod Aristoteles (Mir.

Ausc. 24.) habet; ὀφιέδειροι mutandum esse videtur in ὀφιόκειροι s. ὀπφιόκειροι], homines ὀρεᾶνες, quod primi homines ut Cyclopes habitabant δι' ἄκριας ἠνεμοέσσας, flumina ὀρεμπόται, quod in montibus nascuntur. Eandem rationem secutus est Orpheus sic dictus secundum Epigenem apud Clement. Alex. Strom. V. p. 571. A: οὐχὶ καὶ Ἐπιγένης ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀρφέως ποιήσεως τὰ ἰδιάζοντα παρ' Ὀρφεῖ ἐκτιθέμενός φησι κερκίσι καμπυλόχρωσι τοῖς ἀρότροις μηνύεσθαι, στήμοσι δὲ ταῖς αὔλαξι, μίτον δὲ τὸ σπέρμα ἀλληγορεῖσθαι καὶ δάκρυα Διὸς τὸν ὄμβρον δηλοῦν, μοίρας τε αὖ τὰ μέρη τῆς σελήνης, τριακάδα καὶ πεντεκαιδεκάτην καὶ νουμηνίαν· διὸ καὶ λευκοστόλους αὐτὰς καλεῖν τὸν Ὀρφέα φωτὸς οὔσας μέρη. πάλιν ἄνθιον μὲν τὸ ἔαρ διὰ τὴν φύσιν, ἀργίδα δὲ τὴν νύκτα διὰ τὴν ἀνάπαυσιν· καὶ γοργόνιον τὴν σελήνην διὰ τὸ ἐν αὐτῇ πρόσωπον, Ἀφροδίτην τε τὸν καιρὸν καθ' ὃν δεῖ σπείρειν, λέγεσθαι παρὰ τῷ θεολόγῳ. Similiter locutos esse Pherecydem Syrium, Pythagoreos et Heraclitum Ephesium postea idem Clemens addit. Sed prae ceteris omnibus Hesiodus sacri huius stili, si ita dicere licet, exempla habet, plura in Operibus, pauca in Theogonia, quorum quaedam etiam in comparationem vocavit Lobeckius Aglaoph. p. 850. Sic φερέοικος (573.), ἀνόστεος (526.), πέντοζος (744, quod imitatum esse Empedoclem supra monuimus), χλωρόν et αὖον (744.), ἴδρις (756.), ἡμερόκοιτος ἀνήρ (605.), χειροδίκης (v. 189.) pro iniusto, μῦθοι σκολιοί (494.) et δίκαι σκολιαί (221.), εὐφρόνη (560.) pro nocte, quo vocabulo Homerus non usus est, νηὸς πτερά (628.). Cuius loquendi rationis vix unum exemplum reperies in Theogonia, nisi exceperis γλαύκη de mari dictum v. 440., de quo ut ab Orphico profectum (nam totus ille locus non est Hesiodi) ambiguum est; in Homero nullum inveneris praeter ἁλὸς ἵππους, quo modo ille naves dicit; quaedam habet Aeschylus, qui cum Pythagora proxime accedit ad hanc inventionem vocabulorum, ut ἀνθεμουργός (Pers. 604.) pro ape, ἀμίαντος (Pers. 570.) pro mari, χαλκοῦ βαφαί (Agam. 598) pro caede al. In promptu est igitur intelligere dialectum deorum quae apud Homerum dicitur nec posteris temporibus desiisse. Sed non solum singulis vocabulis haec dialectus oraculi insignis erat, verum etiam figurarum obscura inventione, cuius aptissima exempla etiam Lobeckius proposuit Aglaoph. p. 842, alterum

Ἱστοβοῆϊ γέροντι νέην ποτίβαλλε κορώνην,

alterum

Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα, μέγα φέρτατε λαῶν,
μὴ λύσῃς κ. τ. λ.

Tertium est apud Thucyd. V, 16. His oraculis simillima sunt ea, quibus Delphicum spirans ingenium Hesiodus usus est: sic Ἔργων 744: *Μηδέποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν*, 748: *μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥήκτων* (l. *ἀνεπιξέστων*) *ἀνελόντα ἔσθειν μηδὲ λόεσθαι*, 40. *νήπιοι οὐδὲ ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός, οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.* Eodem pertinet quod Pythagoras, philosophus vere Apollinaris et Delphicus, plura symbola ex Hesiodo recepit (v. annot. ad Ἔργ. 727. 741. 748.), alia maximam similitudinem habent cum Hesiodiis et cum ratione elocutionis oraculi Delphici (v. Plutarch. de educ. liber. 17., Athen. X. p. 452.), nec multum ab his diversum fuisse videtur carmen Appii Claudii Caeci, quod Cicero (Disp. Tusc. IV, 2.) Pythagoreum dixit fuisse. Is enim, qui quemque suae fortunae fabrum esse dicebat, non longe aberat a tota hac loquendi ratione. Accedit aliud. Fabulas, seu *αἴνους*, invenisse Hesiodum fama erat propter Ἔργ. 202.; *αἶνος* vero nihil aliud est quam *αἴνιγμα*, i. e. sententia, cuius tecta est significatio, ita ut oraculum videatur ethicum esse, quale Sphingis fuit, notum illud Hesiodo (Ἔργ. 533.). Animadvertendum igitur etiam hos *αἴνους* in oraculis quodammodo habendos esse. Sed alia praeterea sunt animadvertenda. Dialecto epica in universum usa est Pythia, quod versum epicum adhibuit, exemplum omnium Graecorum secuta, qui formam eam, qua vel poeta aliquis vel scriptor prae ceteris excelluit, sequi solebant; cuius rei nobilissimum exemplum est Herodotus, qui, ipse Doriensis, Ionica dialecto eam ob causam scripsit, quod logographi antiqui hac dialecto usi erant. Sed inveniuntur etiam in oraculis quaedam Dorismi vestigia, ut apud Herodot. IV, 157, 159., nisi huc pertinere putabis oraculum Delphicum apud Demosth. c. Mid. p. 531., et in fictis oraculis apud Aristophanem Equitibus; neque Aeolica dialecto prorsus abstinuisse oracula Boeotica testis est Plutarch. de def. or. 5. loco mutilo. Non mirum igitur etiam Hesiodum, qui epica dialecto utebatur, Doricas quasdam et Aeolicas locutionis formas admiscuisse. Atque propter digammum Aeolicum praeter ea exempla, quae etiam apud Homerum inveniuntur, imprimis notanda sunt: *κανάξαις* pro *καϜάξαις* (Ἔργ. 666. 693.), *πιφαύσκω* (pro *πιφάϜσκω*), ut habent codd. Theog. 555. secundum Aristarchum ap. Eustath. Od. p. 1654, 129.;

praeterea huc pertinet ἄϝισι pro ἄησι Theog. 875., ἔγεντο Th. 705., elisa ultima vocali in praepositione περί Theog. 678. περίαχε, Th. 733. περοίχεται (v. Ahrens de dial. Aeol. p. 56., sic in Delphica inscriptione ap. Boeckh. Corp. Inscr. I. p. 809.), μείς pro μήν Op. 557. certe Boeoticum est, ut habet inscriptio Boeotica apud Boeckh. Corp. I. p. 741, 1. 13. 25., quanquam aliter de hac re statuit Spitznerus ad Il. XIX, 116. In casibus obliquis non μενός etc., ut in inscriptione Boeotica legitur, sed vulgarem vocis imaginem habet Hesiodus. τρίπος (Sc. 312.) an Aeolicum dicam dubito, certe apud Athenaeum VII. p. 316. A. πωλύπος Aeolicum esse legitur (v. Ahrens de dial. Aeol. p. 114.), ἔρος Th. 120. 201. 910. a scholiastis Aeolicum dicitur, quanquam etiam apud Homerum legitur. Porro ex Aeolica vel Dorica dialecto profecta esse dicuntur duo exempla genitivi pluralis in ᾶν exeuntis, μελιᾶν Oper. 144., Theog. 41. θεᾶν, accusativus pluralis primae declinationis correptus, ut κοῦρας (Th. 60.), πᾶσας (Th. 184.), Ἅρπυιας (Th. 267.), βουλάς (Th. 534.), εἴρέας (Th. 804.), δεινάς (Oper. 673.), Σκύθας Fragm. CXC., accusativus pluralis secundae declinationis correptus, ut λαγός Scut. 302. Ἄπλατος, de quo dixi ad Theog. 151., nolo hic commemorare, quod meliores codices pro hoc vocabulo habent aut ἄπλαστος aut ἄπλητος, ut Epicum decebat et Atticum (de aliis Doridis vocabulis ab Atticorum Tragicis usurpatis v. Porson. ad Eur. Or. 26.). Ad idem tamen genus pertinere videtur καλός priore correpta (Theog. 585. Oper. 63. Cf. Herm. Orph. p. 817.), quod eo magis mirere, quod Pythia ap. Herod. V, 92. longa utitur priore, ut ipse Hesiodus Th. 201., et χρυσείην prima brevi (Scut. 199.), si recte ita ibi legitur; χρυσάωρ (Th. 280.) bisyllabum esse potuit propter duplicem usum vocabuli ἄορ et ᾆορ. Praeterea schema sic dictum Boeoticum saepius legitur in Hesiodo (Th. 791. 875. Scut. 113. 245. 154.), ἐν praepositionis coniunctio cum accusativo Th. 784. Psilosios vere Aeolicae mireris non plura inveniri exempla quam Theog. 830. Op. 423. 426. Sed huius rei causam praecipue librarios sustinere certum est. Cf. Etym. M. p. 38, 10. αἰρεύμενον. Accentus Aeolici (de quo dixi Allgem. Lehre v. Acc. p. 28.) vestigia vera inveniuntur Theog. 178., ubi ab Aristonico animadversum est λόχεος Hesiodum pronuntiasse pro λοχεός. Adde Ποσειδέων pro Ποσειδάων Theog. 732. Alia quaedam eiusdem generis, quae sciens praetereo, collegit Meyer Isler Quaestion. Hesiodiarum specim. p. 3 sq.

Denique non praetermittendum est Hesiodum usum esse alliteratione atque frequentius in Operibus quam alias, imprimis vero in iis versibus, qui seorsim paroemia quaedam habent, ut eo magis inhaererent memoriae:

Τίκτουσιν δὲ Γυναῖκες ἐοικότα Τέκνα Γονεῦσιν (235.)
Λιμὸν ὁμοῦ καὶ Λοιμόν· ἀποφθινύθουσι δὲ Λαοί (243.)
εἴ κεν Ἀπ' Ἀλλοτρίων κτεάνων Ἀεσίφρονα θυμόν (315.)
ῥεῖα δέ Μιν Μαυροῦσι Θεοί, Μινύθουσι δὲ οἶκοι (325.)
ὅς τε Γονῆα Γέροντα κακῷ ἐπὶ Γήραος οὐδῷ (331.)
Ἁγνῶς καὶ Καθαρῶς, ἐπὶ δ' Ἀγλαὰ μηρία Καίειν (337.)
μὴ Κακὰ Κερδαίνειν· Κακὰ Κέρδεα ἶσ' ἄτῃσιν (352.)
τὸν Φιλέοντα Φιλεῖν καὶ τῷ Προσιόντι Προσεῖναι (353.)
καὶ Δόμεν ὅς κεν Δῷ καὶ μὴ Δόμεν ὅς κεν μὴ Δῷ. (354.)
Δώτῃ μέν τις ἔΔωκεν, ἀΔώτῃ δ' οὔτις ἔΔωκεν. (355.)
οἴκοι Βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ Βλαβερὸν τὸ θύρηφι (365.)
Ἐσθλὸν μὲν Παρεόντος Ἑλέσθαι Πῆμα δὲ θυμῷ (366.)
μὴ σὺ μὲν Αἰτῇς Ἄλλον, ὁ δ' Ἀρνῆται, σὺ δὲ τητᾷ (408.)
ἡ δ' ὥρη παραΜείβηται, Μινύθῃ δέ τοι ἔργον (409.)
μηδ' Ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' Αὔριον Ἔς τ' Ἔννηφιν (410.)
Αἰεὶ δ' Ἀμβολιεργὸς Ἀνὴρ Ἄτῃσι παλαίει (413.)
Ἡ δὲ Γυνὴ τέτορ' Ἡβώοι, πέμπτῳ δὲ Γαμοῖτο (698.)
πάντα μάλ' ἀμφὶς ἰδών, μὴ Γείτοσι χάρματα Γήμῃς (701.)
μὴ — — — — — Ὀρθὸς Ὀμιχεῖν (727.)
μηδέ Ποτ' ἀενάων Ποταμῶν καλλίρροον ὕδωρ (737.)
Ποσσὶ Περᾶν, Πρίν γ' εὔξῃ ἰδὼν ἐς καλὰ ῥέεθρα (738.)
μή τοι ἐφεζομένη Κρώζῃ λαΚέρυζα Κορώνη (747.)
μηδέ Ποτ' ἐν Προχοῇ Ποταμῶν ἅλαδε Προρεόντων (757.)

Rariora haec exempla inveniuntur in Theogonia:

Εἴρευσαι τά τ' Ἐόντα τά τ' Ἐσσόμενα πρό τ' Ἐόντα (38.)
Ἄζηται κραδίην Ἀκαχήμενος, Αὐτὰρ Ἀοιδός (99.)
Μοῦνος δ' ὀφθαλμὸς Μέσσῳ ἐνέκειτο Μετώπῳ (143.)
Ὄμβριμοι, οὐκ Ὀνομαστοί (148.)
ἐσθλὴ δ' Αὖθ', ὁπότ' Ἄνδρες Ἀγῶνι Ἀεθλεύωσιν (435.)
Εὔχονται δ' Ἑκάτῃ καὶ Ἐρικτύπῳ Ἐννοσιγαίῳ (441.)
οὕτω τοι καὶ Μουνογενὴς ἐκ Μητρὸς ἐοῦσα (448.)
καί οἱ Πεφραδέτην ὅσα Περ Πέπρωτο γενέσθαι (475.)
ὅς κε Γάμον φεύγων καὶ μέρμερα ἔργα Γυναικῶν (603.)
μὴ Γῆμαι ἐθέλῃ, ὀλοὸν δ' ἐπὶ Γῆρας ἵκηται (604.)
Ἀλκτῆρ δ' Ἀθανάτοισιν Ἀρῆς γένεο κρυεροῖο (657.)
Ἄψορρον δ' ἐξαῦτις, Ἀμειλίκτων Ἀπὸ δεσμῶν (658.)

***

ἐξείης Πάντων Πηγαὶ καὶ Πείρατ' ἔασιν (809.)
Πυθμέν' ἔχων Παρὰ μητρὶ φίλῃ καὶ Πατρὶ ἄνακτι (933.)
Νηοπόλον Νύχιον ποιήσατο, Δαίμονα Δῖον (991.)

In Scuto notavi haec:

Ἀνδράσι τ' Ἀλφηστῇσιν Ἀρῆς Ἀλκτῆρα φυτεῦσαι (29.)
Αὐτὸν καὶ πατέρα ὅν, Ἄρην, Ἆτον πολέμοιο (59.)
τῷ Ἐπιπειθόμενος Ἐχέμεν Ἐρυσάρματας ἵππους (369.)
ἰῷ Ἀπὸ νευρῆς, Αὐτὸς δ' Ἀπαλήσεται Ἄλλῃ (409.)
Ἀντίη ἦλθεν Ἄρηος Ἐρεμνὴν Αἰγίδ' Ἔχουσα (444.)

Praetermisi multos alios locos consulto, quod alliteratio non adhibita erat in vibrantibus sententiis. Pauca huius alliterationis exempla in oraculis detexisse mihi visus sum Herod. I, 85:

Αὐδήσει γὰρ ἐν ἤματι πρῶτον Ἀνόλβῳ.

V, 92:

Ὄλβιος Οὗτος ἀνήρ, Ὃς Ἐμὸν δόμον Ἐςκαταβαίνει,
Κύψελος Ἠετίδης, βασιλεὺς Κλειναῖο Κορίνθου·
αὐτὸς καὶ Παῖδες, Παίδων γε μὲν οὐκέτι Παῖδες.

VI, 77: *Δεινὸς ὄφις τριέλικτος ἀπώλετο Δουρὶ Δαμασθείς*, in quo oraculo etiam reliqui versus huius artis vestigia habent. Alia invenies VII, 140. in altero oraculo v. 4. 5. 6. 13. VII, 148: *Καὶ Κεφαλὴν πεφύλαξο, Κάρη δὲ τὸ Σῶμα Σαώσει.* VIII, 77: *Δῖα Δίκη σβέσσει Κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος Υἱόν, || Δεινὸν μαιμώοντα, Δοκεῦντ' ἀνὰ πάντα τίθεσθαι, || Χαλκὸς μὲν Χαλκῷ συμμίξεται, Αἵματι δ' Ἄρης.* Thuc. II, 17: *τὸ Πελασγικὸν Ἀργὸν Ἄμεινον.* Grammatici Graeci hanc alliterationem, quam diximus, in parechesios numero habuerunt, cuius tamen latius aliquanto campus patet. V. Eustath. ad Il. p. 125. et p. 797, 45, ubi Homerum dicit non fuisse huius parechesios curiosum: *ἣν Ὅμηρος μὲν οὐκ ἐπετηδεύσατο, ἄλλοι δὲ πρὸ ἔργον ἔσχον.* In his aliis Hesiodum eum habuisse praecipue ex pagina 126, 10. concludas, ubi sic: *πολλάκις δὲ καὶ ἀμφότερα, ἤγουν διαφορὰν καὶ φωνῆς καὶ γραφῆς, ὡς τὸ Φυλέα φίλον μακάρεσσι θεοῖσι* (v. Hesiod. fragm. CCXX.) Atque ne Latinos quidem ab hac arte abstinuisse constat diligenterque de ea exposuit Nackius (Rheinisches Museum III. p. 324.). Tuscos ea usos esse significavi in Hist. reip. Rom. p 38., de Umbris idem monuit Grotefend. Rudim. ling. Umbr. IV. p. 12.

Haec omnia si quis ponderaverit, de schola didactica non dubitabit, quam si quis voluerit cum Thierschio (Comment. Acad. Mon 1813.) Boeoticam dicere, me non habebit adversarium, modo ne arctioribus quam par est finibus circumscribat. Iam vero exposita universa Hesiodiorum carminum ratione dicam de singulis Hesiodo adscriptis poematis.

IV. De Hesiodi Operibus et Diebus et de *ΜΕΓΑΛΟΙΣ ΕΡΓΟΙΣ*.

Opera Hesiodi continere antiquissima praecepta practicae Graecorum philosophiae nemo facile erit qui neget, recteque *Ἔργα* initia philosophiae practicae dixit Friesius (Histor. Philos. I. p. 83.). Practica autem philosophia quum tripartita sit secundum Graecorum disciplinam comprehendatque Ethicam, Politicam et Oeconomicam, seu praecepta de homine, de cive, de patrefamilias, non mirandum est triplicis generis esse Hesiodi sic dicti praecepta. I. Ethica autem sunt v. 11—46. 202—247. 274 — 382. 708 — 764. II. Politica paucissima, 248 — 273., longe numerosiora III. oeconomica, quorum pars de eligenda uxore agit (695—705.), pars de educandis liberis (750—754.). Haec omnia sunt antiqua proverbia diversorum temporum nec magis inter se cohaerent singula, quam Theognidis gnomae (v. Wolf. Prolegg. p. 127.) aut ea quae Phocylidi adscribuntur praecepta et similia apud alios populos. Proverbia popularia esse vel ex eo patet, quod quaedam sunt minus liberalia (ut v. 371.), quaedam popularem spirant superstitionem, indignam poeta liberali[13]). Atque haec proverbia videntur praecipue fuisse, quae

[13]) Quin proverbia quaedam inveniuntur, quae contrariam aliorum proverbiorum sententiam continent, in quibus praecipue haberi posse v. 378. dixi p. 200. De quo versu G. Hermannus (Zeitschrift für Alterthumsw. 1836. p. 532.) ita: „Tertius horum versuum quum pugnare cum praecedentibus non solum Proclo, sed etiam, si Tzetzae fides est, iam Aristarcho Plutarchoque visus sit, Doederlinus eum ita defendendum iudicavit, ut *ἕτερον* non ad *παῖδα* referretur, sed dictum esset de possessore. Posset hoc fieri, si abessent qui praecedunt versus, sed praegressis his nemo illum versum non ad filium referet. — Recte vero omnia procedent tertio versu explicato quidem ita, uti suasit Doederlinus, sed posito ante eum, qui in libris primus (376.) est. Quum autem etiam in quarto requiratur *καί*, erit ille sic scribendus:

ῥέα δέ κε καὶ πλεόνεσσι πόροι Ζεὺς ἄφθιτον ὄλβον." — Si cohaerent inter se hi versus, satius esse duco statuere *μουνογενῆ παῖδα* dictum esse eadem significatione atque *μοῦνον* explicandumque eo modo, quem indicavi p. 200. Addit Hermannus: „Praeterea haud scio an ultimum versum (380.) sic scribi praestet:

πλείων γὰρ πολλῶν μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη."
Si cohaerent haec cum antecedentibus, praestat sane *γάρ*; si generalis est sententia per se spectanda, non opus erit hac correctione.

ediscenda suasit Cicero Leptae filio (ad Fam. VI, 18.). Nos igitur singula haec proverbia grandioribus initio versus literis distinximus a reliquis. Praeter haec autem in oeconomicis praeceptis alia quaedam uberiora carmina habenda sunt, quae IV. rusticis de agro colendo (383 — 617.) et V. mercatoribus de navigatione (618 — 694.) praecepit Hesiodus, Helotarum poeta propter id ipsum a Spartano rege dictus (cf. Dio Chrys. Or. II. p. 74 sq.). In praeceptis rusticis praeterea habendum est VI. illud Calendarium, quod Operibus adiicitur inde a v. 765. Ab his omnibus via ac ratione prorsus diversa sunt tria carmina, quorum primum VII. (v. 47 — 105.) de Prometheo et Pandora fabulam prosequitur, alterum VIII. (109 — 201.) de aetatibus a metallis appellatis agit, tertium IX. (524 — 558.) idque omnium recentissimum descriptionem hiemis adiicit longe a gravitate Hesiodi vel poesis didacticae alienam (cf. Twesten. Comment. crit. p. 56.). Nam ut duo priora, quanquam ubertate et cohaerentia sententiarum a proverbiis istis diversa, ethicae tamen doctrinae fere sunt consentanea, quod humanae naturae imbecillitatem et pravitatem ostendunt, ita tertium prorsus nihil habet, quod in hanc rem quicquam faciat. Ceterum imprimis etiam notandum est per apostrophen se convertere poetam ad Persem, fratrem suum, his locis: in ethicis v. 27. 212. 274. 286. 299., in rusticis v. 397., in praeceptis de navigatione v. 633. 641., in politicis vero (v. 248. 263.) ne mentio quidem iniicitur Persae, sed Reges alloquitur poeta, ad quos proprie videtur hoc argumentum pertinere. In Calendario et in tribus illis amplioribus carminibus, quae modo commemoravi, nulla omnino apostrophes mentio, neque ad Persen neque ad aliam personam certam directae. Vides igitur magnam dubitationem de uno horum carminum auctore iniici et propter diversam apostrophen, quae unum eundemque poetam in uno eodemque poemate non decet, et propter omissam prorsus apostrophen. Ac primum quidem patet vel leviter inspicientibus Calendarium istud posterius adiectum esse. *Ἔργα* enim primo appellabantur haec carmina (Pausan. IX, 31.) nec Aristophanes (Ran. 1061.) nosse videtur *ἡμέρας*, postea vero *Ἔργα καὶ Ἡμέραι*, quum Calendarium adiectum esset (cf., ut hoc exemplo utar, Etym. M. p. 38, 14.). Nec a Boeoto profectum esse potest Calendarium propter fabulam de Apolline nato die septima Thargelionis mensis (*Ἔργ.* 771.), quae ad Delios, non ad Boeotos pertinet (v. Valckenar. ad Aristob. p. 113. Mueller. Dor. I. p. 309. Cf. Lobeck. Aglaoph.

p. 434.). Simile igitur Calendarium Romanis compositum est a Cn. Flavio vel potius Appio Claudio Caeco, quem iam supra diximus Hesiodum ante oculos in carmine ethico habuisse. Calendario vero aliud carmen olim adiectum fuisse, Ἔπη μαντικά sive Ὀρνιθομαντείαν dictum (nisi haec differunt), auctor est Proculus ad Oper. 824: τούτοις δὲ ἐπάγουσί τινες τὴν Ὀρνιθομαντείαν, ἅτινα Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἀθετεῖ. Neque hanc partem novisse videtur Lucianus (Διαλ. πρ. Ἡσίοδον.). De his similibusque additamentis intelligenda erant verba Pausan. IX, 31: καὶ ὅσα ἐπὶ ἔργοις τε καὶ ἡμέραις. Sed etiam ceterae partes, in quibus Persis mentio non iniicitur, suo peculiari titulo gaudebant; altera (v. 47 — 105.) Πανδώρα vel Πιθοιγία (quae mihi quidem connectenda esse videtur cum v. 11 — 24., quibus a recentiore poeta adiecti sunt v. 25 — 41.), altera (109 — 201.) Δαιμονολογία aliquoties a grammaticis dicitur. Porro praecepta de agricolatione a Luciano Dial. de Hes. c. 1. dicuntur Παραινέσεις γεωργικαί, ab Aristophane Ran. 1061. γῆς ἐργασίαι, atque in his quidem καρπῶν ὧραι et ἄροτοι. Sic igitur etiam v. 202 — 212. Αἶνον ἢ ἱέρακα dictum esse probabile est. Iam si quaeris, cur huic carminum diversorum collectioni Ἔργων nomen inditum sit, maxime id factum esse quis coniiciat propter v. 298 — 316., qui olim in fronte libri positi esse videntur ante adiectas partes I. II. III., de quibus dixi supra. Nam duplici plerumque titulo insigniri carmina antiquissima solebant, altero ab initio carminis petito, altero sumpto ab argumento (v. infra). Sic quae dicebantur Ἔργα propter initia carminis, etiam ὑποθῆκαι, γνῶμαι, γνωμολογίαι, παραινέσεις, παραγγέλματα audiebant, nisi quaedam horum nominum (hoc concludas ex Plutarchi loco infra laudando) prae ceteris ad proverbia ista pertinent, de quibus dixi. Sic igitur Isocrates contr. Nicocl. p. 23. HSt.: σημεῖον δ' ἄν τις ποιήσαιτο τὴν Ἡσιόδου καὶ Φωκυλίδου ποίησιν. καὶ γὰρ τούτους φασὶ μὲν ἀρίστους γεγενῆσθαι συμβούλους τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων, ταῦτα δὲ λέγοντες αἱροῦνται συνδιατρίβειν ταῖς ἀλλήλων ἀνοίαις μᾶλλον ἢ ταῖς ἐκείνων ΥΠΟΘΗΚΑΙΣ. ἔτι δ' εἴ τις ἐκλέξειε τῶν προεχόντων ποιητῶν τὰς καλουμένας ΓΝΩΜΑΣ κ. τ. ἑ. Plutarch. Thes. 3: οἵᾳ (σοφίᾳ) χρησάμενος Ἡσίοδος εὐδοκιμεῖ μάλιστα περὶ τὰς ἐν τοῖς Ἔργοις γνωμολογίας. Lucianus Dial. de Hes. c. 1: ἔτι δὲ γυναικῶν ἀρετὰς καὶ παραινέσεις γεωργικάς, et c. 8: τὰ γὰρ τοιαῦτα παραινέσεις μὲν καὶ ὑποθήκας λέγων οὐκ ἄν τις ἁμαρτάνοι. Proculus ad Hes. Oper. 758. (760.): τοῦτο τὸ τέλος ἐστὶ τῶν παραγγελμάτων, postea vero ad 763.

(765.): *αἱ περὶ τῆς τῶν ἡμερῶν ἐκλογῆς καὶ ἀπεκλογῆς παραινέσεις κ. τ. λ.* Ex his locis hoc certe concludere licebit, eam Operum partem, quam proverbiorum esse diximus, *παραγγέλματα* vel *γνώμας* dictam esse, ut haec videatur series fuisse titulorum singulorum carminum: *ΕΡΙΔΕΣ*, quae quasi est prolusio, *ΠΑΝΔΩΡΑ Η ΠΙΘΟΙΓΙΑ, ΔΑΙΜΟΝΟΛΟΓΙΑ Η ΓΕΝΗ, ΑΙΝΟΣ, ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ, ΠΑΡΑΙΝΕΣΕΙΣ ΓΕΩΡΓΙΚΑΙ, ΝΑΥΤΙΛΙΑ, ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΑ, ΗΜΕΡΑΙ, [ΟΡΝΙΘΟΜΑΝΤΕΙΑ.]* Ex quibus omnibus in circulis auditorum a rhapsodis declamari poterat Pandora cum prologo suo, alia occasione Daemonologia, alia rursus Georgica et Nautica; cetera omnia nullo inter se connexu cohaerentia et mutata prorsus apostropha recitari a sano poeta potuisse in corona hominum quis est qui iure contendat? Adiecta igitur sunt postea ab iis, qui propter simile argumentum quasi corpus antiquissimae ethices facere conarentur. Venerunt alii artifices, qui haec omnia conglutinare studerent. Quorum infelicissimi fuerunt illi, qui v. 106—108. adiicerent: *εἰ δ' ἐθέλεις, ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω εὖ καὶ ἐπισταμένως.* Vide *ἕτερον λόγον*, qui argumento prorsus differt, atque hunc *ἐκκορυφώσει* rhapsodus! Pindarus enim Pyth. III, 80. (141.): *εἰ δὲ λόγων συνέμεν κορυφὰν ὀρθὰν ἐπίστᾳ.* Simile videas v. 202. Ea autem carmina, quae ego numeris IV. V. VII. VIII. IX. notavi, recensiones experiri potuisse rhapsodorum quis est qui dubitet; cetera, si quandam diversitatem in textu veram agnoveris, hos excessus passa sunt in ore populi ipsius.

Ac primus quidem, qui variorum carminum suturas in corpore *Ἔργων* declarare conaretur, Twestenius fuit in commentatione critica de carmine Hesiodi, quod inscribitur Opera et Dies. Kiliae 1815. Is acute quidem, Heinrichii vestigiis (Epimenid. p. 157.) insistens, varias recensiones detexit saepissimeque cum optimo successu demonstravit multa non cohaerere in Hesiodi carmine, sed prorsus non facio cum eo, quod has recensiones etiam in iis carminum partibus detexisse sibi visus est, quas ego notis I. II. III. supra distinxi. Huius rei periculum apud eum invenies p. 34. Secutus est Spohnius, qui in editione Operum alia quaedam notis criticis enodavit. Simile consilium postea aperuit Thierschius in commentatione de gnomicis carminibus Graecorum (Act. Philol. Monacens. T. III. p. 402 sq.). Denique Lehrsius (Quaest. epic. p. 179 sq.) tam haec quae parangelmata diximus quaeque minime cohaerere perspicuum est, quam longiora carmina „ex ordine literarum" inter se esse composita

deprehendisse sibi visus est. Prorsus facerem cum eo, si hoc tantum dixisset, composita haec videri secundum principalem sententiam vel secundum vibrantia vocabula (Stichwörter), ita ut, ubi de vicino (hoc enim exemplo uti licebit) proverbium inventum ab aliquo esset, alia, quae item de vicino agerent, deinceps adiecta ab aliis essent, quanquam sententia paululum diversa, quemadmodum id factum est in Theognidis sententiis, ut Welckerus demonstravit. Quis autem credat, ut eodem utar, quo Lehrsius usus est p. 184., *Πληϊάδων Ἀτλαγγενέων κ. τ. ἑ.* propterea post *σοὶ δ' εἰ πλούτου θυμὸς ἐέλδεται ἐν φρεσὶν ᾗσιν, ὧδ' ἔρδειν καὶ ἔργον ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι* reiecta esse, quod in utroque membro vocabulum a *Π* (*Πλούτου* et *Πληϊάδων*) incipiens inveniretur. Sic etiam de aliis iudicare licet, in quibus acumen ingenii sane demonstrasse videtur, veritatem tamen non assecutus esse. Tamen haec Lehrsii audacia, me quidem iudice, accommodatior est criticae Hesiodiae quam C. F. Rankii, viri in his rebus *ὀρθοδοξοτάτου*, superstitiosa paene *Ἔργων* Hesiodiorum, tanquam carminis continui mirificeque inter se cohaerentis, veneratio, qua non deterritus est a conamine excusandi vel prooemii *Ἔργων*. Sic in universum sentio de Rankii, amici mei, critica Hesiodia, quem tamen singula multa egregie perspexisse lubentissime concedo.

Denique mentio facienda est *Ἔργων μεγάλων*, quorum reliquias ego Fragm. XVI — XXVI. exhibui. Fuisse enim qui Hesiodo tale adscriberent carmen uberius de agricultura exponens deque aliis rebus ad eam pertinentibus, lithicis adeo, si id concludere licet ex fragm. XXIII, et plantis (XVI — XX.), mihi persuasum est. Bene quidem de hac re disseruerunt post I. L. Hugium et Welckerum (Nov. Mus. Rhen. I. p. 425 sq.) Iulius Caesar (Zeitschrift für Alterthumswissenschaft. Ann. V. n. 65 sq.) et Marckscheffelius (Hesiodi — fragmenta p. 182.); cum utroque enim et Welckero consentio in ratione emendandi loci Athenaei VIII. p. 364., ut *μεγάλων Ἠοιῶν καί* vocabula eiiciantur, etiam in interpretandis Manilii et Propertii locis, assentior dubiis, quae de Plinii fide moveri possunt, sed non facio cum ea sententia, quae *Ἔργα μεγάλα* collectionem esse statuit carminum Hesiodiorum didactici generis, quorum nobilissimum essent *Ἔργα καὶ Ἡμέραι*, quibus deinceps praeter ornithomantiam etiam *Χείρωνος Ὑποθῆκαι* adiectae essent. Huic sententiae refragantur imprimis Fragm. XVI. et XXIII. Nam non satis cautum est iudicium Marckscheffelii (p. 213.) de loco Fulgentii:

„quare profecto praestabit hoc testimonium auctori suo relinquere." Hoc quid aliud est, quam arma relinquere? Minus etiam caute de altero loco iudicavit (p. 191.): „Mihi si coniecturam proferre licet, Orphei nomen excidisse videtur" (post γενεαλογεῖ in loco Proculiano). Sed Proculi verba quum sint perspicua, talem medicinam, qua Hesiodo substituatur Orpheus, quis adhibeat? Verba Proculi enim sunt haec: τὸ δ' ἀργύρεον (Ἔργ. 128.) ἔνιοι τῇ γῇ ἀκούουσι λέγοντες, ὅτι ἐν τοῖς μεγάλοις ἔργοις τὸ ἀργύριον τῆς Γῆς γενεαλογεῖ. Scilicet fuerunt qui τὸ χρύσεον γένος non ex auro creatum dicerent, sed τὸ χρύσεον esse dictum pro τὸ οὐράνιον (cf. v. 112: ὥςτε θεοὶ δ' ἔζωον), τὸ ἀργύρεον pro τὸ γήϊνον (hoc enim est illud τῇ γῇ ἀκούουσι, quasi dixisset Hesiodus: δεύτερον γένος οἱ θεοὶ πολὺ χειρότερον μετόπισθεν ἐποίησαν τῆς γῆς, pro quo recentiores dixerunt τῇ γῇ; v. Schaef. ad Long. p. 331.). Atque hanc explicationem grammaticos istos sustentasse Proculus dicit alio Hesiodi loco ex Magnis Operibus, ubi argentum dixerat esse Terra creatum (hoc enim est τὸ ἀργύριον τῆς Γῆς γενεαλογεῖ). Eo autem delati sunt grammatici isti, de quibus dicit Proculus versu 145., ubi ἐκ μελιᾶν vario modo exposuerunt, ut non solum ἐκ μελιᾶν eis esset pro ἐκ Μελιᾶν νυμφῶν (v. Proculum ad v. 144. Palaeph. 36.), sed etiam ita ut intelligerent ἀπὸ ξύλου τινὸς ἀνόητον γένος. — οὗτοι, φησίν, οὐκ ἐκ γένους θεῶν, ita ut οὐράνιον, γήϊνον, ξύλινον γένος sibi opponerentur. Sic explicato loco neque confugiendum erit ad Lobeckii rationem (Agl. p. 414.). Hoc saltem certum est, Proculi verba de Hesiodo, non de alio poeta intelligi posse. Quare neque omnibus Plinii locis fidem derogare ausus sum, quanquam de singulis quibusdam dubitare licet.

Hesiodo igitur carmen quoddam uberius adscribebatur Ἔργα μεγάλα eodem modo dictum atque Μεγάλαι Ἠοῖαι, de quibus postea exponam, et Aristotelis praeter alia Moralia etiam Magna Moralia esse dicebantur.

V. De Hesiodi Theogonia.

Longe aliter statuendum de Theogonia est, quam certam atque continuam eamque ab antiquioribus temporibus traditam Graecorum doctrinam de diis continere ex ipsa carminis inscriptione et argumenti siccitate declaratur. Theogonia enim quam Graeci dicebant prorsus respondet nostrae dogmaticae seu Glau-

benslehre. Hoc enim vocabulo ita utitur Herodotus I, 132: *μάγος ἀνὴρ παρεστεὼς (τῇ θυσίῃ) ἐπαείδει θεογονίην, οἵην δὴ ἐκεῖνοι λέγουσι εἶναι τὴν ἐπαοιδήν*: haec enim *θεογονία* quid aliud continere potuit, quam deorum Persicorum secundum certum ordinem commemorationem et invocationem? Longe ab hoc vocabulo significatione differebat *θεολογία*, quo nomine primus usus esse videtur Pherecydes (v. ad Theog. 116.) et quo doctrinam peculiarem docti vel sapientis alicuius hominis de diis comprehendebant. Accedit, quod totus deorum templis et caeremoniis vere cultorum ordo, qualem Hesiodus proposuit cum Homero (ab hoc enim non differt nisi levioribus quibusdam rebus), ad Olympum montem vere Graecum pertinet (v. 118. 529. etc.), quem omnes Graeci deorum sedem esse credebant. Haec enim causa est, cur vates Graeci, quum ex avibus vaticinabantur, versus Septentriones (i. e. versus Olympum) se convertebant. Si doctrinam Hesiodi ipsius in se contineret Theogonia, non communem religionem, non tradita ab antiquo tempore fidei, ut ita dicam, Graecorum, Olympi montis ne mentio quidem iniecta esset. Iam enim nemo, ut spero, erit, qui Homerum et Hesiodum, — dico autem Theogoniae auctorem — qui aetate aliquantum differunt, theogoniam Graecis finxisse putet, quum decantata illa verba Herodoti II, 53. nihil significent, quam Homerum et Hesiodum Graecis mythologiam exposuisse carminibus seu potius versibus, si Hesiodum praecipue in animo habeas. Nisi haec olim inhaesissent animis Graecorum, quae carmine suo arte quadam inculcare studet poeta, ut ne verum systema mythologicum, seu formula legitima, ut Cicero dicit, memoriae Graecorum eripiatur, longe uberiorem haberemus Theogoniam. Vere enim Quinctilianus Inst. X, 1. dicit: in nominibus magnam eius (Theogoniae) partem occupatam esse raroque assurgere Hesiodum: atque eam ob causam Theophilus ad Autol. p. 117. Sylb. dixit *κατάλογον τῆς θεογονίας τῶν παρ' αὐτῷ θεῶν ὀνομαζομένων*, quemadmodum *Κατάλογος γυναικῶν* aliud Hesiodi carmen appellatum est, et pars libri secundi Iliadis *κατάλογος νεῶν*. Atque hanc etiam fuisse sententiam eius, qui Theogoniae prooemium praemisit, satis declaratur eo, quod Musas introduxit loquentes ita: *ἴδμεν δ', εὖτ' ἐθέλωμεν, ἀληθέα μυθήσασθαι.* Hoc autem quid aliud significat, quam *ἀληθεῖς μύθους* docere? Facta igitur Theogonia est eum in finem, ut festis diebus deorum recitaretur publice, quemadmodum id fecerunt Persae, quum sacra faciebant, ut testatus est Herodotus, et quemadmodum Romani,

quum festis diebus carmen Saliare seu axamenta decantari iusserunt, quae totam theogoniam Romanorum a pontificibus receptam continuisse dixi in Histor. reip. Roman. p. 192 sq. Comparandus igitur in hac re Hesiodus cum Numa Pompilio, qui primus Saliare carmen composuisse dicitur: cui tamen postea addita sunt quaedam pro religione Romanorum paulatim exculta.

Quodsi vero in eum finem, quem dixi et quem recte indicavit etiam Bodius (Hist. Ep. poet. I. p. 440.), facta Theogonia est, non mirum videtur brevem eam fuisse, neque in ea editione, qua nos nunc utimur, magnas esse lacunas credendum est. Unam ipse ad v. 206. indicavi; sed fateor me invito haec verba ex priore editione huc retracta esse: versus enim 462. satis demonstrat non esse lacunam statuendam. Non gravia sunt quae excidisse videntur alibi, ut v. 273. alias. De loco autem Manilii, ex quo quis alias fortasse lacunas statuerit, recte dixit Lobeckius Aglaoph. p. 305., de Nicandri loco, cuius idem Lobeckius memor fuit p. 567, disserui ad v. 313. Nec Schol. Gregor. in Catal. Bibl. Bodl. P. I. p. 46., cuius Lobeckius meminit, Hesiodi textum lacunae potest arguere: nam qui a Nicandro dicuntur Titanes non differunt a Gigantibus istius Scholiastae (v. Gerhard. die zwölf Götter p. 11.); aliorum sententias, ut Muetzellii, si quid opus erat, suo loco commemoravi (v. ad v. 497.). Contra vero additamenta quaedam posteriorum temporum adhaerere Theogoniae Hesiodiae manifestum est. Haec autem ex quatuor imprimis fontibus derivanda esse videntur; ac primum quidem ex Theogoniis aliorum poetarum posterioris temporis quaedam huc adiecta esse non mirum est: Theogoniae enim adscribuntur Cyclo epico (v. C. W. Mueller. de Cyclo Graecorum epico p. 52.), Orpheo, Musaeo et Acusilao (v. Walzii Rhet. IX. p. 144.); diversa ab Hesiodia usus est Chrysippus (v. ad Th. 927.), aliam conscripsit Epimenides. Ex eiusmodi igitur rivulis derivandi esse videntur v. 217 — 222. 265 — 336. 411 — 452. 501 — 506.; deinde cultus deorum quorundam in regionibus quibusdam praecipue regnans alia invexit, ut v. 192 — 199. 477 — 484., unde magnopere mutata est primigenia Hesiodiae Theogoniae natura. Merito in hac re excipiuntur Olympus, commemoratus cum Pieria, et Delphi (499.), sanctissimae sedes deorum, quarum veneratio ad omnes Graecos peraeque pertinebat, merito alii loci, quibus secundum antiquam mythologiam aliquid factum est, ut Cythera, Othrys, Nemea cum adiacentibus locis. Omnium autem locorum gravissimus est v. 536., qui memoriam

Meconae conservavit. Sic olim dictam esse Sicyonem, urbem in Achaia, monuimus ad h. l. Theogoniae, quo loco etiam causas exponere conati sumus, cur ad hanc imprimis urbem reiecta antiqua fabula fuerit de pace inter deos et homines facta (sic enim dicere licebit ex Romanorum more). Sed addendum aliud erat. Apud Eusebium Maii p. 125. legimus ex Syncello et Castore: *πάντων μὲν Ἑλλήνων παλαιότατοι τοῖς χρόνοις ἀναγράφονται Σικυώνιοι βασιλεῖς οἱ Σικυῶνος ἡγησάμενοι, ὧν πρῶτος ἦρξεν Αἰγιαλεὺς κατὰ Βῆλον καὶ Νίνον γεγονὼς — ἐξ οὗ Αἰγιάλεια τὸ πρὶν ἡ νῦν Πελοπόννησος ἐκαλεῖτο.* Videmus igitur antiquissimum Graecorum regnum cum pontificatu coniunctum Sicyone fuisse ita constitutum secundum veterem famam, hoc ut per totam Peloponnesum praevaleret. Accedit, quod annales pontificum Graecorum antiquissimi (*ἀναγραφή*) fuerunt Sicyonii, unde vel Argivorum chronica profecerunt (v. Plutarch. de Mus. 3. 8.). Hoc si animadvertimus, mythologiam Graecam Sicyone magnum fecisse incrementum atque inde per totam Peloponnesum et per Graeciam quasi fuisse propagatam difficile erit negare[14]). Iam vero si Romanam fabulam ab Arnobio (v. animadv. ad Th. 536.) ex fontibus antiquis memoratam comparaveris, Numae Pompilio, religionis Romanae conditori, et Prometheo Hesiodio partes fere easdem traditas esse in fabula praeclare perspicies. Apparet igitur rationem, qua explicandam esse hanc fabulam putem, etiamnunc esse eandem, quam proposui olim, quanquam Heffteri stomachum sollicitavit (Zeitschr. f. Alterth. 1836. p. 438.). Iniuria, ut mihi quidem videtur. Nam Prometheum personam fuisse historicam, ut ille ait, ne dixi quidem. Cur Dodonaei oraculi mentionem non fecerit Theogoniae auctor, supra exposui uberius. Praeterea quaedam partes reliquae sunt ex variis variorum locorum recensionibus, quanquam in Theogonia propter ipsam carminis sanctimoniam hic locus non tantum patet, quantum crediderunt alii. Certe in argumentis levioribus tantum haec occupata esse poterant (cf. v. 144. 300—305. 496. 590. 726 — 819.; fortasse eo etiam 473. 828. pertinere quis putet); denique quaedam a rhapsodis ornamenta adiecta esse videntur, quae a toto Theogoniae tenore abhorrent (ut v. 118.

---

[14]) Clisthenem, Sicyoniorum tyrannum, qui Homeri carmina in agonibus recitare vetuit (Herodt. V, 67.), nonne credibile est vel propter hanc causam Hesiodi carminibus magis in iisdem agonibus favisse?

130. 141. 144—146. 186. 282—286. 743—745. 774. 807—819.). Magnum autem fidei Theogoniae augmentum eo etiam accedit, quod postea haec Hesiodi Theogonia suos, ut sacri Christianorum libri, nacta est interpretes, Pherecydem, Acusilaum, Eumelum aliosque philosophos, qui, si philosophi alicuius fetum habuissent Theogoniam, ut nostrates quidam crediderunt, non opus habuissent interpretari summa fide adhibita, sed plane aut ignorassent aut abiecissent facilius, quod primus ausus Anaxagoras est, quum Helium non deum esse diceret, sed *μύδρον διάπυρον*, cuius ausus postea poenam luit magnam.

Omnis autem mythologia antiquorum populorum distributa est in partes tres, cosmogoniam s. doctrinam de mundo, theogoniam s. doctrinam de diis, heroogoniam s. doctrinam de hominibus. Harum quae primo loco est posita cosmogonia (a versu 116. usque ad 452.) quum notiones vel numina contineat, quae cultu et religione prorsus apud Graecos erant destituta, nemo mirabitur, non eodem in omnibus ac singulis apud antiquissimos poetas niti fundamento. Sic sane Hesiodi cosmogonia videtur distare ab Homerica, quam poeta velut aliud agens commemoravit Iliad. XIV, 200., docens deos omnes progenitos esse Aqua seu Oceano ac Tethye. Ex Hesiodi vero carmine systema physiologiae — licebit enim antiquo nomine significatione antiqua uti — multo elimatius Homerico et fortasse etiam recentius emergere videtur, in cuius fronte Chaos introducitur (i. e. Spatium), postea Materia (i. e. Tellus) et Amor ita, ut illa primum ex se, sine coniuge, sed adiutore Amore (Hesiodus enim Amor in cosmogonia fere idem est, quod *θυμός* in psychologia seu *τὸ φέρον*, quod Aristoteles dicit loco Metaphysicorum infra laudando), Coelum, Montes, Pontum procreet, postea cum Coelo concumbens praeter alia numina etiam Oceanum et Tethyn, quos ceteros deos progenuisse dicitur nusquam. Haec igitur magna sane videtur differentia esse, non tanta tamen, quanta videri possit primum considerantibus. Utraque enim cosmogonia via tantum differt, non ratione. Omnes enim dii secundum Homeri et Hesiodi doctrinam orti sunt ex materia, non hanc procreaverunt ipsi. Hac autem pantheistica (utor enim recepto apud nos vocabulo) doctrina Graecorum cosmogonia toto coelo differt a cosmogonia populorum orientalium, Aegyptiorum praecipue et Persarum, quorum dii materiam aut ipsi procrearunt aut certe oppositi materiei sunt. Aliam doctrinam inter Graecos primus secundum Diogenem Laertium (I, 1, 9.) Thales

videtur proposuisse sententia hac: *κόσμος ποίημα θεοῦ*. In prima parte mythologiae, cosmogonia, cum philosophis laudatur Hesiodus ab Aristotele cum Empedocle, Parmenide, Hermotimo (Metaph. p. I.). Ita Plutarchus de Pythiae orac. 18: *πρότερον μὲν ἐν ποιήμασιν ἐξέφερον οἱ φιλόσοφοι τὰ δόγματα καὶ τοὺς λόγους, ὥσπερ Ὀρφεὺς καὶ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Θαλῆς.* Diogenes L. IX, 3, 3: *καὶ αὐτὸς (Παρμενίδης) δὲ διὰ ποιημάτων φιλοσοφεῖ, καθάπερ Ἡσίοδός τε καὶ Ξενοφάνης καὶ Ἐμπεδοκλῆς.* Explicatio vero huius cosmogoniae aliunde peti non potest, quam ex etymologia, ut facere conatus est Hermannus (de mythologia Graecorum antiquissima in Opuscul. T. I. et in Epistola ad Frid. Creuzerum Lips. 1819.). Modo meminerimus in tam antiquis vocabulis (nemo enim Hesiodum ipsum dicet inventorem) eo maiore opus esse cautione, quo remotiora sunt tempora, quibus procusa sunt. Siquidem igitur Hermannus quibusdam etymologiis in cosmogonia falsus est, in rectiorem viam videtur ductus esse a Friesio, qui primus inter recentiores historicos philosophiae (Histor. Phil. I. p. 85.) Hesiodiae doctrinae pro dignitate rationem habuit. Ad hunc igitur librum eo lubentius lectorem amandamus, quo accuratius cum egregio scriptore Ienae nunc recepto consentimus. Cum hoc praeterea comparabis quae nunc exposuit Creuzerus Symb. III. p. 55. 166. (ed. III.).

Theogonia porro, quae sequitur inde a versu 453. usque ad v. 962., vere est antiqua Homericorum carminum, politici argumenti, aliena ab physiologia. Quare in hac parte non consentiendum est cum Hermanno, qui explicationem physiologicam ultra cosmogoniam etiam, i. e. ultra v. 452., extendere conatus est. Politicam vero quum dico priscam theogoniam, intellectum id eo velim sensu, quem ex communi Graecorum sententia exposuit Aristoteles Polit. I, 1: *καὶ τοὺς θεοὺς δὲ διὰ τοῦτο πάντες φασὶ βασιλεύεσθαι, ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ μὲν ἔτι καὶ νῦν, οἱ δὲ τὸ ἀρχαῖον ἐβασιλεύοντο. ὥσπερ δὲ καὶ τὰ εἴδη ἑαυτοῖς ἀφομοιοῦσιν ἄνθρωποι οὕτοι καὶ τοὺς βίους τῶν θεῶν.* Antiquissima enim Graecorum theogonia simul cum exorto regno, antiquissima illa reipublicae humanae forma, excogitata est a primo rege, qui item primus sacerdos erat, cui novus rerum ordo prae antiquato patriarcharum (*φυλάρχων*) regimine — nam antequam unius nutui phylae seu tribus politicae parebant, subiectae singulae singulis erant principibus populorum — religione etiam videbatur sanciendus esse. Quod quo loco factum sit, haud tecte indicavit

Hesiodi Theogonia, nosque supra de Mecone disserentes indicavimus. Ita factum est, ut tres deorum aetates theogonia Graeca crearet, quarum prima est deorum materialium (ita enim licebit dicere), sive ea aetas, quae numina cosmogonica complectitur apud Hesiodum, Oceanum et Tethyn apud Homerum, atque horum numinum apud Hesiodum non definitus numerus est (v. 129.); secunda est patriarchalium, quam Cronus, Rhea al. conficiunt: horum certus numerus est, sunt enim duodecim (v. 133 — 137.), sex mares totidemque feminae (v. Gerhard. die zwölf Götter p. 5.); tertia regalium, in quibus tres sunt potentissimi (τριχθὰ πάντα δέδασται), Iuppiter, Neptunus, Pluto, ita tamen, ut Iuppiter longe ceteros superet, quo appareat summum esse unum, quod satis demonstratur Iove Argivo τριοφθάλμῳ; unus enim oculus in fronte erat super ceteris duobus (v. Panofka, Argos Panopt. p. 7.). Haec numerorum coarctatio (primo enim innumeri erant dii, post pauci, tandem unus) rationi maxime est consentanea optimeque comparari potest quod duodecim Atticas civitates, a patriarchis olim suis seorsim rectas, in unum regnum coarctando fecisse Theseus dicitur. Primae autem et secundae aetatis dii, qui uno Titanum nomine comprehendebantur, quum antiquissimis temporibus templa non haberent in Graecia (hoc primus omnium recte enucleavit Buttmannus, postea Muellerus Myth. p. 373. et Gerhardius: Ueber die zwölf Götter p. 4. 5.), ab antiquis mythologiae Graecae conditoribus eo praecipue consilio additi sunt, ut, exortis semel ex materia rebus, novi regii imperii maior dignitas et auctoritas esse videretur, quam antiquorum patrum seu patriarcharum fuisset. Hoc igitur, quum quasi cardo esset totius religionis Graecorum politicae, non mirandum est uberiore a poeta ornatum esse descriptione. Factum id est primum Titanomachia 617 — 745., qua Iuppiter imperium suum feliciter contra pristinorum deorum impetum tutatus est tandemque Olympum regiam sibi suisque diis constituit. Etiam in notissima Atheniensium imagine mythologiae, quam Panathenaeorum peplo intexi iusserunt, hanc quasi catastrophen imprimis enituisse ex multis antiquorum poetarum locis elucet. Cum hac narratione egregie cohaeret id, quod de inferorum deorum sede atque de poena periurii deorum usque ad v. 806. a poeta expositum est. Altera autem theogoniae pars, quae item merito uberiore gaudet expositione, est Promethia a v. 507 — 616., qua regnum suum in homines firmiter ac severe constituit Iuppiter. Rationi vero prorsus est

consentaneum, quod levius certamen (sic enim dicere licebit Iovis certamen cum Prometheo et hominibus) praegreditur graviori cum omnibus Titanibus certamini. Postea tribus his primariis aetatibus adiecta a Graecis quarta est, cuius princeps dicendus Apollo, rex vere ethicus et, ut ita dicam, aesymnetes (v. Aristotelem Pol. III, 9.), quale epithetum non dedignati sunt Graecorum dii (v. Welcker. Additam. ad Trilog. p. 252.), quum Iuppiter ipse nihil videretur aliud esse, quam antiquus heroici temporis rex politicus. Haec quomodo cohaereant, uberius explicare conatus sum in commentatione de Graecorum mythologia, quae inserta est Diario literario Hermes inscripto T. XXIX. Hoc autem addere licebit, ex tota quam exposui quatuor divinarum aetatum descriptione certissime apparere nondum sanctum fuisse Hesiodi tempore duodenarium illum olympicorum deorum numerum, quo Iovi et Iunoni, Plutoni [15]) et Cereri, Neptuno et Vestae (Theog. 453.) adiecti sunt Vulcanus et Minerva, Mars et Venus, Apollo et Diana. Hos enim quanquam novit Hesiodus, tamen ita commemorat locis inter se diversis, ut de hac re dubitare non liceat. Mihi autem dubium non est, quin sacer ille Cronidarum duodenarius numerus constitutus ab Atheniensibus sit, vel potius a Theseo, quum Panathenaecis institutis duodecim curias Atticas etiam religionis vinculo coniungeret; ita factum est, ut singularum curiarum singula numina, quae quaeque praecipue colerent, reciperentur in sacrum coetum. Hoc vel eo sustentatur, quod etiam Atticorum quatuor antiquarum tribuum nomina derivata sunt a cultu quatuor deorum in sacrum coetum receptorum: *Διάς, Ἀθηναΐς, Ποσειδωνιάς, Ἡφαιστιάς*. Sic igitur prorsus adstipulor Gerhardio, viro doctissimo, qui in commentatione de duodecim Graecorum numinibus p. 9. ita scribit: „Unserer Annahme nach sind die zwölf Götter ein lose verbundener Verein hellenischer Stammgottheiten verschiedenes Ursprungs, denen die heilige Zwölfzahl zu nothdürftiger Einheit verhalf", et p. 13: „Dieser augenfälligen Verknüpfung verschiedener Stammgottheiten gemäfs mag das Alter der Götterzwölfzahl, die in Athen galt, der politischen Einigung attischer Stämme gleichzeitig seyn." Recte. Nam quod ab Hellanico (v. Schol. Apoll. III, 1084.) Deucalioni, ab ipso Apollonio (II, 532.) Argonautis duodecim deorum cultus tribuitur, nemo pro explorato facile habebit praeter E. Q. Viscontium, V. D. (Monum. Gabin. p. 221.).

---

[15]) Mercurio apud Romanos.

Ex his omnibus primum sequitur theogoniam Graecorum non posse ullo probabili modo derivari ex mythologia orientalium populorum, Aegyptiorum praecipue, vel Persarum vel Indorum: apud hos enim statim ab initio dii bipartito sibi ita sunt oppositi, alteri ut bonum, alteri ut malum sequantur. Ab hac autem dichotomia vel dualismo (licebit enim hoc vocabulo, quanquam inepto, uti in re notissima) Graecorum mythologia abhorret tantum, quantum maxime, quanquam aliter sentit Creuzer. Symb. I. p. 191. (ed. III.), neque ulla in Hesiodi Theogonia vestigia sunt arcani aut Samothracum aut Eleusinii cultus (de hac re v. Creuzer. Symb. III. p. 64 sq.). Deinde vere ex his, quae diximus, consectarium est aetates deorum secundam, tertiam et quartam, quas diximus, non posse ad physicam significationem revocari, quod fecit, ut diximus, cum aliis Hermannus. Quantum ab hac ratione Graeci ipsi abhorruerint, demonstravit, ut hoc uno defungar, Anaxagorae exemplum, qui, cum Solem non esse deum, sed metallum ardens dixisset, statim *ἀσεβείας* accusatus ab Atheniensibus est. Sed etiam astronomica significatio, quam multi inesse Graecae mythologiae putarunt, quantum a sensu Graecorum antiquorum abhorreat, docetur nobilissimo Hesiodi loco (*Ἔργ.* 619.), ex quo partem Graecorum stellarum imagines magnam Orionis venationem repraesentare putasse patet, quum apud Homerum alia Graecorum pars in iisdem sideribus plaustri imaginem cum bubulco Boote, non deos agnosse sibi viderentur. Nec contrariam sententiam defendere aptus est locus Aristotelis Metaph. XI, 8. p. 1074. b. Bekk.: *παραδέδοται δὲ παρὰ τῶν ἀρχαίων καὶ παμπαλαίων ἐν μύθου σχήματι καταλελειμμένα τοῖς ὕστερον, ὅτι θεοί τέ εἰσιν οὗτοι καὶ περιέχει τὸ θεῖον τὴν ὅλην φύσιν. τὰ δὲ λοιπὰ μυθικῶς ἤδη προσῆκται πρὸς τὴν πειθὼ τῶν πολλῶν καὶ πρὸς τὴν εἰς τοὺς νόμους καὶ τὸ συμφέρον χρῆσιν.* In hoc loco *τοῖς παμπαλαίοις* memoratis sine dubio intellexit Aristoteles Hesiodum, cuius primam deorum aetatem, de qua diximus supra, in animo habuit: minime enim ad verba *ὅτι θεοί τέ εἰσιν οὗτοι* cum Creuzero, viro doctissimo (Symbolik u. Mythol. Ed. III. T. I. p. 5.), supplere sidera licebit, sed *τὸ φέρον καὶ τὸ φερόμενον*, quibus vocabulis Amorem et Tellurem Hesiodi indicare voluit Aristoteles. Quae post apud Aristotelem sequuntur, *τὰ δὲ λοιπὰ — πρὸς τὴν εἰς τοὺς νόμους καὶ τὸ συμφέρον χρῆσιν*, de ceteris deorum aetatibus religione a Graecis vere cultis intelligenda sunt prorsusque conspirant cum eo loco, quem supra ex Aristotelis Politicis proposui.

Negari igitur non poterit, quin politica quaedam huic Hesiodiae Theogoniae parti inhaereat significatio, neque verendum est, ne qui ita statuat Evemeri doctrina se imbutum esse audiat. Haec autem significatio quum non satis accommodata esse videretur provectiori vitae Graecorum, qualis imprimis philosophis debebatur, fieri sane non potuit, quin hi philosophi primum ad cosmogoniam Hesiodi, auctoritatem antiquam novae suae doctrinae allaturi, accederent, si possent apta etymologiae interpretatione ad suam doctrinam accommodare. Sic igitur Pherecydes (v. animadv. ad Th. 116.) *χάος* Hesiodium primus, ut videtur, a *χεῖσθαι* derivabat, ut cum sua doctrina de aqua omnium initio concinere videretur doctrina Hesiodia, i. e. antiqui aevi fides; de Dionysi etymologia statuebat: *Διόνυσον — ὡς ἐκ Διὸς εἰς νύσας ῥέοντα* (Schol. Aristid. p. 313. Dind.). Secuti sunt Pherecydem alii multi, ut Plutarchus testatur (aquae et ignis comparat. 1. T. XIII. p. 124. ed. Hutten.): *συμφωνεῖ δὲ καὶ Ἡσίοδος εἰπών· ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετο. τοῖς πλείστοις γὰρ ὠνομακέναι δοκεῖ τὸ ὕδωρ τοῦτον τὸν τρόπον παρὰ τὴν χύσιν.* Sic in aliis Acusilaus et Eumelus in similem finem usi sunt Hesiodia cosmogonia (v. Clement. Alex. Strom. VI. p. 235. et Etym. M. p. 523, 50., ubi sermo est de Acusilai etymologia *Κοίου* [Th. 134.] Hesiodii). Simile quid etiam in Theogonia proprie sic dicta fecisse Pherecydes et Acusilaus videntur, qui antiquas fabulas et plenius collegerunt et uberius exposuerunt (Schol. Venet. Il. XXIII, 296.). Haec autem ratio etymologice et genealogice interpretandi Hesiodum, quum admodum videretur incerta esse, paulatim cessit alii, quae etiam theogoniam, non solum cosmogoniam, aggressa est ita, ut deorum personas per quandam significationem nominum physice interpretarentur philosophi (v. Diog. L. VIII, 2, 12. IX, 2, 3.). Usi enim sunt allegoriis vel *ὑπονοίαις* (de quibus v. imprimis Platonem Pol. p. 378. HSt.), quas non intellexisse Homerum et Hesiodum in reprehensionem vocabant, quamvis ipsi hi philosophi has allegorias excogitassent. Huius vituperii primus auctor videtur Xenophanes Eleata fuisse, cuius in hanc rem versus habet Sextus Empir. adv. Mathem. p. 311. B:

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ' Ἡσίοδός τε,
Ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστίν,
Κλέπτειν μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν,

quem ob hanc etiam causam videtur carpsisse Epicharmus (v. Schol. ad Aristot. p. 670. b. Bekk.). Secuti sunt alii, ut He-

raclitus Ephesius, cuius verbum habes apud Schol. Plat. Theaet. p. 364. Bekk.: *πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει. Ἡσίοδον γὰρ ἂν ἐδίδαξε καὶ Πυθαγόρην.* V. Diog. Laert. IX, 1, 1. Multo planius idem Anaxagoram dixisse de Homero a Diogene perhibetur L. II, 3, 7: *δοκεῖ δὲ πρῶτος τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀποφήνασθαι εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης, ἐπιπλεῖον δὲ προστῆναι τοῦ λόγου Μητρόδωρον τὸν Λαμψακηνόν.* Secuti sunt Stoici, qui etymologiam allegoriae consentaneam excogitarunt, ut Zeno, qui ita docuit (Diog. L. VII, 1, 72.): *Δία μὲν γάρ φασι δι' ὃν τὰ πάντα, Ζῆνα δὲ καλοῦσι παρ' ὅσον τοῦ ζῆν αἴτιός ἐστι ἢ διὰ τοῦ ζῆν κεχώρηκεν· Ἀθηνᾶν δὲ κατὰ τὴν αἰθέρα διάτασιν τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ, Ἥραν δὲ κατὰ τὴν εἰς ἀέρα καὶ Ἥφαιστον κατὰ τὴν εἰς τὸ τεχνικὸν πῦρ· καὶ Ποσειδῶνα κατὰ τὴν εἰς τὸ ὑγρόν, καὶ Δήμητραν κατὰ τὴν εἰς γῆν*: atque haec de interpretatione Zenonis Theogoniae Hesiodiae intelligenda esse comprobatur a Cicerone primo libro de natura deorum cap. 14: „Quum vero Hesiodi Theogoniam interpretatur, tollit omnino usitatas perceptasque cognitiones deorum: neque enim Iovem neque Iunonem neque Vestam neque quenquam, qui ita appellatur, in deorum habet numero, sed rebus inanimis et mutis per quandam significationem haec docet tributa nomina." De Chrysippo, e cuius Theogonia quaedam proposuimus ad Hesiod. Theog. 927., et Diogene Babylonio plane sic loquitur idem Cicero de nat. deor. I, 15: „Idemque disputat aethera esse eum, quem homines Iovem appellarent: quique aer per maria manaret, eum esse Neptunum: terramque eam esse, quae Ceres diceretur, similique ratione persequitur vocabula reliquorum deorum. — Et haec quidem in primo libro de natura deorum: in secundo autem vult Orphei, Musaei, Hesiodi Homerique fabellas accommodare ad ea, quae ipse primo libro de diis immortalibus disserit, ut etiam veterrimi poetae, qui haec ne suspicati quidem sunt, Stoici fuisse videantur. Quem Diogenes Babylonius consequens in eo libro, qui inscribitur de Minerva, partum Iovis ortumque virginis ad physiologiam traducens diiungit a fabula." Hinc factum est, ut etiam Crates Mallotes Stoicus doctores suos sequeretur et venator fieret mythologiae physiologicae, de quo vide Wolf. Proleg. p. CCLXXVIII. Voss. Antisymb. T. I. init. Omnes autem philosophi Graecorum quantam auctoritatem tribuerint Theogoniae Hesiodiae ex eo patet, quod ne unus quidem eorum praeter Anaxagoram, qui Athenis maximas huius temeritatis poenas luit, hanc eius fidem aut impugnare aut labefactare ausus est. Hanc igitur carminis

partem iure nostro habemus antiquissimam longissimeque absumus a vana opinione eorum, qui fidem Theogoniae metiuntur locis ab aliis scriptoribus laudatis. Quasi non argumentum ipsum nobis persuadere de veritate rei debeat, quasi te existere non credendum sit tibi, nisi alius homuncionis testimonium accesserit.

Sed pergimus ad tertiam carminis Hesiodii partem, quam dixi heroogoniam. Orditur ea versu 963. prorsusque diversa est ab ea heroum doctrina, quam habes *Ἔργ.* 159 sqq. Haec autem progrediente tempore multas videtur mutationes et additamenta ita experta esse, ut quid antiquum sit, quid recentius, non facile sit perspectu. Facti enim heroes, ut vel historica Graecorum aetate agnoscebantur — ultimum enim heroum Cleomedem Astypalaeensem habendum esse publice oraculum Delphicum declaraverat Ol. LXXI. (Plut. Rom. 28. Pausan. VI, 9, 3.) — ita etiam in heroogoniam relati olim videntur, quemadmodum hoc fieri solebat in Romanorum theogonia carminis Saliaris, cui Augustum Imperatorem, Germanicum, alios additos fuisse constat. Ac prorsus idem factum apud Graecos esse Panathenaeorum festum demonstrat. Peplo enim, qui una cum navi adducebatur in arcem, intextam fuisse totam mythologiam Graecorum atque imprimis eam eius partem, quae antiquum Titanum imperium novo imperio Iovis et Minervae exutum esse monstrabat, quis nescit? Sed praeter theogoniam etiam heroogoniam pictam fuisse per se est probabile et ostenditur eo, quod Demetrius adeo et Antigonus, quibus ut heroibus tribus novas consecraverant Athenienses, locum in Peplo invenerunt suum (Plutarch. Demetr. 11.). Sed alios etiam acu pictos fuisse heroas probat Aristophanis locus Equit. 563. V. Meier. v. „Panathenaeen" in Encycl. Sic igitur non mirum est Latinum adeo receptum esse in Graecorum antiquam theogoniam (Th. 1013.). Nec mirari oportet propter hanc heroogoniae naturam legitimo exitu fere destitutum carmen videri, ut quasi futuros etiam heroas exspectare videatur. Sed de fine Theogoniae postea videbimus.

Nondum enim dixi de prooemio, quod carmini Hesiodio praemissum est a v. 1 — 115. Hoc autem cum ipsa indicatione auctoris carminis non convenire ei usui, cui ab initio destinatam esse Theogoniam exposui, sponte patere videtur. Sed adiectum est eo tempore, quo festis diebus ad aras Theogoniam canere iam desueverant, atque adiectum eum in finem, ut tetricum carmen novorum ornamentorum illecebris, et poesios et musices, homines alliceret in agonibus. Atque haec sententia

de adiecto prooemio et indicato nomine auctoris Theogoniae eximie sustentatur Pausaniae loco IX, 27: Ἡσίοδον δὲ ἢ τὸν Ἡσιόδῳ Θεογονίαν ἐςποιήσαντα. Quem autem adiecisse putabimus? Difficilis est responsio. Mihi tamen adiecisse Terpander videtur, quem, e gente Hesiodia secundum fabulam oriundum, carmina Hesiodi etiam musica in agonibus perstrinxisse diximus. De hoc poeta ita Plutarchus de musica c. 4: πεποίηται δὲ τῷ Τερπάνδρῳ καὶ προοίμια κιθαρῳδικὰ ἐν ἔπεσιν. ὅτι δὲ οἱ κιθαρῳδικοὶ νόμοι οἱ πάλαι ἐξ ἐπῶν συνίσταντο, Τιμόθεος ἐδήλωσε, et paulo post c. 6: τὰ γὰρ πρὸς τοὺς θεοὺς οὓς ἐβούλοντο (sic scribendum esse videtur) ἀφοσιωσάμενοι ἐξέβαινον εὐθὺς ἐπί τε τὴν Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ποίησιν. δῆλον δὲ τοῦτ' ἔστι διὰ τῶν Τερπάνδρου προοιμίων. Hoc aptissime quadrat ad prooemium Theogoniae; a laudatione Musarum statim ad Theogoniam Hesiodi transit poeta. In ipso autem prooemio tam multa insunt testimonia magnae cum regionibus Boeotiae quasi familiaritatis contractae (cf. v. 4—6.) tamque proprius est Boeotorum cultus Musarum et Gratiarum, cuius uberior in carmine inest commemoratio, vix ut ab alio quam a Boeoto scriptum esse prooemium dicas. Fuit autem Boeotus etiam Terpander secundum Suidam. Iam igitur satis apparet, cur duo prae ceteris in hoc exordio argumenta exposita sint, alterum demonstrans in Boeotia conditum esse venerabile carmen, Musarum et Gratiarum celeberrima sede, iniuria ἀναισθησίας istius accusata, de qua nuper etiam Boeckhius dixit Expl. ad Pind p. 162., alterum testans condidisse Hesiodum pastorem ad ipsas Heliconis radices. Sed scriptum esse Theogoniae, non universo carminum Hesiodiorum corpori (quod opinatur sine probabili ratione Muetzellius de emend. Theog. p. 366.), comprobatur non solum v. 33., sed toto carminis argumento, cui ne levissimae quidem indicationes Ἔργων insunt; imo laudes regum, quas Muetzellius censet esse antiquissimas (v. 80—97.), prorsus contrariae sunt gravi regum admonitioni in Operibus. Enim vero si dixi in ipsa Hesiodi Theogonia rarissima esse variarum recensionum vestigia propter ipsam argumenti sanctitatem, non mirandum est alia omnia apparere in exordio facta. Huic enim sine dubio additamenta quaedam adiecta sunt tam longiora quam breviora. Longiorum duo (v. 5—8. et v. 64—66.) debentur Boeoto artifici, cui Boeotiae quidam loci sacri ac numina vere propria Boeotiae adiicienda esse videbantur, ne iniuria patriae fieret; tertium (v. 46.) inepte ex v. 111. est repetitum; de quarta interpolatione versus 12.

dixi supra. Restat quinta (v. 105 — 115.) a rhapsodo quodam profecta pro vs. 11 — 21. Ex his apparet me ab ea opinione de septem exordii recensionibus, quam G. Hermannus in sagacissima ad hymnos Homericos praefatione olim exposuit, nunc fere descisse, quanquam illud Hermannus demonstravit luculenter, interpolatum multis locis esse prooemium. Eius autem interpolationis duo sunt exempla breviora gravissima. Alterum est in ista Hesiodi per Musas compellatione, quae Apollonii Rhodii tempore aliquanto uberior fuisse videtur: nam ita Scholiastes: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος λείπειν τὸν πρῶτον στίχον φησίν· οὐ λείπει δέ, ἀλλ' ἔστι· ποιμένες κ. τ. λ.*; sententiam Apollonii non recte intellectam esse a Scholiasta satis eo comprobatur, quod cognitum Apollonio fuisse versum 26. ostenditur eius imitatione *οἶον* adverbii. Sic enim ille Argon. III, 1109:

ἀλλ' οἶον τύνη μὲν ἐμεῦ, ὅτ' Ἰωλκὸν ἵκηαι,

μνώεο,

quod sine antiquo auctore non fuisse ausurum Apollonium puto. Sed gravius etiam illud est, quod idem Scholiastes monuit ad v. 28: *γράφεται δὲ γηρύσασθαι ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν*, quod praeter V 1. nullus codex praebet. Alterum brevioris interpolationis exemplum est in loco memorabili, qui uberiores regum laudes persequitur. Ibi v. 91. pro *ἀνὰ ἄστυ*, quae est omnium codicum lectio, Schol. *γρ. ἀν' ἀγῶνα.* Hoc qui legit Scholiasta (ad Iliad. XXIV, 1. p. 627. a. Bekkeri) sic interpretatus est: *παρὰ δὲ Βοιωτοῖς ἀγών ἡ ἀγορά καὶ τὸν ἀγορανόμον ἀγώναρχον καλοῦσιν· ὅθεν καὶ ἀγωνίους θεοὺς Αἰσχύλος ἀγοραίους* (quam inepta sit haec interpretatio, docet Aeschyl. Ag. 496. Blomf.) *καὶ Ἡσίοδος· ἐρχόμενον δ' ἀν' ἀγῶνα.* Atque ex hoc scholio Muetzellius p. 339. concludit „*ἀν' ἀγῶνα* a multis et probatis auctoribus fuisse in carmine sive lectum sive repositum." Ipsa scriptoris verba adieci, quod valde obscura sententia est. Mihi vero longe aliter statuendum esse videtur. *Ἀγῶνα ἀγοράν* esse Boeotis ex loco Hesiodi concluserunt. Pindarus enim et inscriptiones Boeoticae n. 1583. 1584. 1585. 1586. 1587. 1625. (haec, quanquam recentis aetatis, *ἀγοράν* praebet) omnes *ἀγῶνα* habent ea significatione, quae Graecis est usitatissima, ut publicam panegyrin significet, qua certamina musica et gymnica instituuntur (*Ὀλυμπικὸς ἀγών* etc.). Hoc si etiam hic statuis, habebis versu 91. sic lecto: *ἐρχόμενον δ' ἀν' ἀγῶνα*, rhapsodi interpolationem, qui regis alicuius *ἀγωνοθετοῦντος* in certamine praesentiam honore prosequi vellet. Hinc largae regum laudes ad capiendum eius animum idoneae, qui ludis publicis

praeesset vel adeo iudex constitutus esset. Non mirum igitur videbitur, si hunc locum pro panegyris ratione varie vel mutatum vel exornatum esse a rhapsodis de praemio magis quam de artis honore sollicitis statuerimus. Fuerunt igitur qui post v. 79. statim iuberent sequi versum 104. totius prooemii clausulam, quum in libera civitate declamarent (huius rei indicium esse videtur explicatio vocabuli προφερεστάτη ab Aristarcho profecta); secuti sunt alii, qui v. 80. adiicerent versui 79. Alii totum locum a v. 81 — 103. adiecerunt, qui in regia civitate perorabant, ita tamen, ut, si ipse rex agonotheta esset, ἐρχόμενον δ' ἀν' ἀγῶνα mutarent. A primo enim carminis auctore non potuit utrumque scribi, sed alterum utrum debuit. Atque aut demutatum aut amplificatum fuisse hoc prooemium a rhapsodis probat etiam hymnus sic dictus Homericus XIV. εἰς Μούσας καὶ Ἀπόλλωνα. Eiectis his interpolationibus totum prooemium aptissime inter se cohaeret. O. vero Muelleri sententia (Ephem. Gotting. 1834. p. 1381.), qua versus prooemii 36 — 67. ut hymnum in Musas, versus 75 — 103. ut Theogoniae vel alius cuiusdam Hesiodii carminis clausulam a ceteris prooemii partibus separandos esse iubet, ut reliquae partes (v. 1 — 35. 68 — 74. 104 — 115.) antiquo suo nitori restituantur, nec per se satis probabilis est nec causam explicare idonea, cur haec fragmenta tanquam vento huc reiecta sint. De Klausenii opinione dixit Gruppius de theog. p. 28.

Ipse vero Gruppius in hoc libro novam de antiquissima forma totius Theogoniae sententiam aperuit, strophis eam constitisse putans, ternos versus complectentibus, rhapsodos deinde e ternariis quibusque strophis primum fecisse quinarias, postea denarias, tandem venisse alios, qui totum stropharum ordinem conturbarent. Atque sic multa resecans textumque, ut sibi videtur, originalem recuperans Theogoniam ita coarctavit, vix ut opus esse videatur, ut tam modico carmini prooemium quatuor stropharum praemitteretur. Accedit, quod nec ternarius nec quinarius numerus secundum Graecorum atque adeo ipsius Hesiodi sententiam sacer erat, id autem sine dubio necessarium erat demonstrare, si hanc esse sacrae poesios Graecorum, qualem Gruppius statuit, rationem persuadere legentibus vellet. Ita enim Hesiod. Ἔργ. 802:

πέμπτας δ' ἐξαλέασθαι, ἐπεὶ χαλεπαί τε καὶ αἰναί.

Ternarium autem numerum, cuius praeterea mentionem non fecit, una cum aliis hoc versu comprehendit (823.):

αἱ δ' ἄλλαι μετάδουποι, ἀκήριοι, οὔ τι φέρουσαι.

Praeterea nullis usquam testimoniis probari poterit Delphicum oraculum ternariis usum sortibus esse. Ceterum de toto libro Gruppii, quem multa dubia de Theogonia magno acumine movisse non diffiteor, meam sententiam uberius explicui in Nov. Diar. liter. Ienens. 1842. N. 13 — 15., cum quibus conferenda erit Ahrensii sententia (Diar. Gotting. 1842. p. 1257.) et Iul. Caesaris Diar. Antiq. I. N. 38 — 40.

VI. De reliquis Hesiodo adscriptis carminibus.

Venio nunc ad cetera Hesiodo adscripta carmina, omnia didactici generis et argumenti tam practici quam mythologici. De his omnibus conferendus est locus Pausaniae IX, 31, 4: *Βοιωτῶν δὲ οἱ περὶ τὸν Ἑλικῶνα οἰκοῦντες παρειλημμένη δόξῃ λέγουσιν, ὡς ἄλλο Ἡσίοδος ποιήσαι οὐδὲν ἢ τὰ Ἔργα* [hinc explicatur alius locus Pausaniae VIII, 18, 1: *Ἡσιόδου γὰρ δὴ ἔπη τὴν Θεογονίαν εἰσὶν οἳ νομίζουσι*, et IX, 27, 2: *Ἡσίοδον δὲ ἢ τὸν Ἡσιόδῳ Θεογονίαν ἐσποιήσαντα οἶδα γράψαντα*]· *καὶ τούτων δὲ τὸ ἐς τὰς Μούσας ἀφαιροῦσι προοίμιον ἀρχὴν τῆς ποιήσεως εἶναι τὸ ἐς τὰς Ἔριδας λέγοντες, καί μοι μόλυβδον ἐδείκνυσαν, ἔνθα ἡ πηγή, τὰ πολλὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου λελυμασμένον· ἐγγέγραπται δὲ αὐτῷ τὰ Ἔργα. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα κεχωρισμένη τῆς προτέρας, ὡς πολύν τινα ἐπῶν ὁ Ἡσίοδος ἀριθμὸν ποιήσειεν· ἐς γυναῖκάς τε ᾀδόμενα καὶ ἃς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας καὶ Θεογονίαν τε καὶ ἐς τὸν μάντιν Μελάμποδα καὶ ὡς Θησεὺς ἐς τὸν ᾅδην ὁμοῦ Πειρίθῳ καταβαίη· παραινέσεις τε Χείρωνος ἐπὶ διδασκαλίᾳ δὴ τῇ Ἀχιλλέως καὶ ὅσα ἐπὶ Ἔργοις τε καὶ Ἡμέραις. οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι λέγουσι καὶ ὡς μαντικὴν Ἡσίοδος διδαχθείη παρὰ Ἀκαρνάνων· καὶ ἔστιν ἔπη μαντικά, ὁπόσα τε ἐπελεξάμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν.* Aliter Suidas: *ποιήματα δὲ αὐτοῦ ταῦτα· Θεογονία, Ἔργα καὶ Ἡμέραι, Ἀσπίς, Γυναικῶν Κατάλογος ἐν βιβλίοις ε', Ἐπικήδειος εἰς Βάτραχόν τινα ἐρώμενον αὐτοῦ, περὶ Ἰδαίων δακτύλων καὶ ἄλλα πολλά.* Praeterea Hesiodo tribuuntur Aegimius, Astronomia, *Κήϋκος γάμος, Ἐπιθαλάμιον εἰς Πηλέα καὶ Θέτιν, Θησέως εἰς Ἅιδου κατάβασις, Γῆς περίοδος* a variis scriptoribus suis quibusque locis in fragmentis allegatis. Vides etiam in his duplex fuisse argumentum, ut pars carminum pertineret ad mythologiam seu Theogoniam (*Γυναικῶν κατάλογον, Ἠοίας, Ἀσπίδα, Αἰγίμιον, Θησέως εἰς Ἅιδου κατάβασιν, Ἐπιθαλάμιον, Κήϋκος γάμον, περὶ Ἰδαίων δακτύλων*),

pars ad practicum genus seu Opera, *Μελαμποδίαν*, *παραινέσεις Χείρωνος*, *ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν*, *ἀστρονομίαν*. Quid de titulo: *ἐπικήδειος εἰς Βάτραχόν* (vel *βάτραχόν*) *τινα ἐρώμενον αὐτοῦ*, sentiendum sit nescio, videtur tamen ad Hesiodum relatum hoc carmen fuisse propter argumentum pastorale, quod simile fuit Culicis Virgiliani, qui ita finitur:

Parve Culex, pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium vitae pro munere reddit.

Dicamus primum de celeberrimis mythologici generis poematis, de Catalogo et Eoeis. Duos fuisse titulos uni eidemque carmini inditos ex eo patet, quod Scuti versus 1 — 56., quorum initium est *ἢ οἵη*, ab antiquo grammatico (p. 108. n. edit.) desumpti esse dicuntur ex quarto catalogo: *τῆς Ἀσπίδος ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ δ΄ καταλόγῳ φέρεται μέχρι στίχων ν΄ καὶ ς΄*. Accedunt Hesychius: *Ἠοῖαι· ὁ κατάλογος Ἡσιόδου*, et Suidas, qui Eoeas non commemorat, sed Catalogum. Porro Eustath. Il. p. 13: *ἦν δέ, φασί, Βούτης υἱὸς Ποσειδῶνος, ὡς Ἡσίοδος ἐν καταλόγῳ*, sed de eodem Bute Hesiodus dixerat in Eoeis magnis, Pausan. IV, 2, 1: *ἀλλὰ Ὕλλου μὲν τοῦ Ἡρακλέους θυγατρὶ Εὐαίχμῃ συνοικῆσαι Πολυκάονα υἱὸν Βούτου λεγούσας τὰς μεγάλας οἶδα Ἠοίας*. Et omnino quis putet primis statim temporibus carmen dictum fuisse *Ἠοίας*, quod nomen inditum esse constat ab repetito semper initio carminis, quum nova quaedam heroina celebranda esset? Catalogus primo dictum est carmen, postea etiam *Ἠοῖαι*. Prorsus simile exemplum habemus in ea parte libri Iliadis secundi, quae et *κατάλογος νεῶν* dicta est et *Βοιωτία*: illo enim titulo propter argumentum utebantur, hoc propter initium catalogi, quod (v. 494.) propterea factum a Boeotis est, quod ex Boeotia (Aulis enim est Boeotiae oppidum) in Asiam traiecerunt Graeci. Simile quid de *Ἔργοις* coniicere licere dixi antea. Divisae hae *Ἠοῖαι* in quatuor libros erant (Suidam enim, qui quinque fuisse dicit, errare ex testimoniis veterum apparet, quorum ne unus quidem quintum Catalogi librum commemoravit), quorum ultimus longe maior et auctior fuisse videtur quam tres priores, unde *μεγάλων Ἠοιῶν* cognomen tulisse concludi ex Pausaniae verbis potest, qui ita IX, 31, 4: *ἐς γυναῖκάς τε ᾀδόμενα καὶ ἃς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας*. Alia discrimina, quae inter Catalogos et Eoeas invenisse sibi visus est Marckscheffelius (p. 109.), ego vel animo lubentissimo non potui agnoscere, de quibus hic dicere longum est. Unum monuisse sufficiat. Confidenter Pausaniam adscripsisse Catalogum dicit Hesiodo (p. 111.), quum

Eoeas negaret Hesiodi esse. At vero ex IX, 31, 4. loco supra adscripto satis patet Pausaniam, Boeotos sibi coaevos secutum, Ἔργα tantum Hesiodo adscripsisse, cetera omnia putavisse spuria. Non praetermittendum est autem non uni eidemque auctori tribuendos quatuor libros esse, quum haec legantur apud Scholiastam Apollon. Rhod. II, 181: πεπηρῶσθαι δὲ Φινέα φησὶν Ἡσίοδος ἐν μεγάλαις Ἠοίαις, ὅτι Φρίξῳ τὴν [ἐς Σκυθίαν] ὁδὸν ἐμήνυσεν. ἐν δὲ τῷ γ' καταλόγῳ [τῶν καταλόγων P.], ἐπειδὴ τὸν μακρὸν χρόνον τῆς ὄψεως προέκρινεν. Sic etiam Wolfius iudicavit Prolegg. p. CLVII: „Itaque", inquit, „nec ceteris reliquiis Homericis nec Hesiodiis defuerunt, ut opinor, διασκευασταί, qui singulares rhapsodias connecterent sive eas, quae ab ipsis auctoribus ad eandem formam compositae erant, uno volumine complecterentur, ut καταλόγους γυναικῶν et Ἠοίας μεγάλας."

Ad hos rhapsodos etiam illud pertinet negotium, quo exitus Theogoniae, quem ex ratione heroogoniae Graecae imperfectum fuisse demonstravi, cum his carminibus Catalogi connecterent. Verisimile est enim ultimos Theogoniae versus in hunc modum cum Catalogis coniunctum fuisse:

Νῦν δὲ γυναικῶν φῦλον ἀείσατε, καλλιέπειαι
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,
Ἧις ἐμίγη φιλότητι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,
Οἵη ἔην Νιόβη,

quibus postea adiungeretur ἢ οἵη Ἀλκμήνη vel simile quid de ceteris heroinis, quemadmodum id indicavimus ad Scut. v. 1. Ultimos igitur Theogoniae versiculos recte comparabimus cum versibus istis, quos sub finem Iliadis inventos esse scripsit Scholiasta Victorianus: τινὲς γράφουσιν·

Ὣς οἵ γ' ἀμφίεπον τάφον Ἕκτορος· ἦλθε δ' Ἀμαζών,
Ἄρηος θυγάτηρ μεγαλήτορος ἀνδροφόνοιο.

Connectebatur enim Aethiopis Arctini. V. Lobeckium Aglaoph. p. 417. Cf. Welcker. Cycl. ep. p. 213. Simili transitu Epigonos adnexos fuisse aliis carminibus ipsum eorum initium docet, quod servatum est ab auctore Agonis p. 324, 3:

Νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα, Μοῦσαι.

Talia autem composita esse ad Homeri verba: Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι, quid mirum est?

Ceterum hos Catalogos Lucanus aut transtulit aut imitatus est: composuit enim Catalogum Heroidum. Sosicratem vero Phanagoritam et Nicaenetum Samium parodia Hesiodios libros perstrinxisse et ex eorum carminum titulis et ex Athenaei com-

memoratione videtur concludi posse. De his enim ita Athenaeus p. 590. B: ἐπεί περ ἡμῖν ἐμποδὼν ἐγένου κατάλογον γυναικῶν ποιουμένοις, οὐ κατὰ τοὺς Σωσικράτους τοῦ Φαναγορίτου Ἠοίους ἢ τὸν τῶν γυναικῶν κατάλογον Νικαινέτου τοῦ Σαμίου ἢ Ἀβδηρίτου. Certe amplificasse Sosicratem carmina Hesiodi, quod arbitratur Bernhardy (Grundrifs d. griech. Litterat. I. p. 203.), ex Athenaeo non potest demonstrari.

Scutum Herculis quod dicitur quo modo annexum fuisse videatur Eoeis, dictum est ad Sc. v. 1. In hoc autem carmine facile dignosci possunt (de industria sic scripsi) tres partes, una eaque antiquissima a versu 1—56., quae desumpta ex Eoeis erat; hanc partem in Eoeis ipsis longe alia videntur secuta esse, de quibus optime exposuit O. Muellerus Dor. II. p. 478. Secunda pars est a versu 57—140., qui sunt coniungendi cum versibus 317—480. Ex hac, ut videtur, parte quaedam ut Hesiodia laudaverat Stesichorus, probabiliter in Cycno (quae sententia est Muelleri probe illa ab Welckero Cycl. ep. p. 199. et Marckscheffelio p. 149. sustentata). Tertia eaque longe recentissima pars est uberior descriptio Scuti a versu 141—317., de qua dixi ad v. 139. 217. et 318. Scuti.

Aristophanes grammaticus primus, ut videtur, de Scuti auctore Hesiodo dubitavit (v. p. 108. ed. n.); certe videtur eius sententia, si codicem V1. sequimur, qui habet: ὡς οὐκ οὖσαν ταύτην τὴν ὁπλοποιίαν Ἡσιόδου, imprimis valere de ea parte, quam diximus tertiam. Secuti sunt alii, ut Theodosius Alexandrinus; v. Theodos. Grammat. p. 54., Bekkeri Anecd. p. 672, 2. p. 1163., Crameri Anecdota Oxon. IV. p. 315. Cf. Marckscheffel. p. 153. Contra non defuerunt qui Hesiodi partes susciperent, in quibus Apollonius Rhodius fuit. V. Grammat. p. 108. n. ed.: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ' φησὶν αὐτοῦ εἶναι ἔκ τε τοῦ χαρακτῆρος καὶ ἐκ τοῦ τὸν Ἰόλαον ἐν τῷ καταλόγῳ εὑρίσκειν ἡνιοχοῦντα τῷ Ἡρακλεῖ, nisi scribendum esse videtur: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιός φησιν αὐτοῦ εἶναι — ἐν τῷ γ' καταλόγῳ — . Praeter Apollonium Megacles Atheniensis dicitur pro genuino Hesiodi carmine habuisse. Sed pro Megacle sine dubio cum Schweighaeusero ad Athen. T. XI. p. 346. introducendus erat Megaclides, de quo ita Athenaeus XII. p. 512. E.: Διόπερ καὶ Μεγακλείδης ἐπιτιμᾷ τοῖς μεθ' Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ποιηταῖς, ὅσοι περὶ Ἡρακλέους εἰρήκασιν κ. τ. λ. Eiusdem non immemor erat Heinrichius praef. Scut. p. LXIII., quanquam apud eundem Athe-

naeum alius cuiusdam Megaclis liber *περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν* memoratur X. p. 419. A.

Ad Eoeas pertinet egregium fragmentum Hesiodi, quod a Cobeto, Batavo doctissimo, nuper detectum maximo cum ingenii acumine nativo nitori suo restituit I. Geelius. Cuius hermaei inventi quum superiore auctumno Ritschelius meus e Batavia Ostendam veniens mihi nuntium attulisset, ego statim instare et ab eo petere, ut Geelium precibus suis mea causa expugnaret. Extemplo enim praevidi, Geelius si annuisset, ut novi fragmenti copia mihi fieret, magnum meo Hesiodo ornamentum creatum iri. Nec spes me fefellit. Maxima enim humanitate Geelius, vir doctissimus, has literas per Ritschelium mihi misit:

Goettlingio, viro clarissimo,
I. Geelius S. P. D.

Narravit tibi Ritschelius de fragmento Hesiodeo nuperrime reperto in Codice Veneto, quod quum impertiri tibi te magnopere velle significaverit, Hesiodi alteram editionem paranti, lubentissime describam. Reperit autem Cobetus meus, insigni valens memoria et artis palaeographicae peritia, rimandisque veteribus membranis plane factus.

In Scholiorum Euripidis Codice Marc. 471. fol. 48. recto legitur in margine dext. ad Orest. v. 239: *ἐπίσημον ἔτεκε τυνδάρεως: στησίχορός φησιν ὡς θεοῦ* (sic) *τοῖς θεοῖς τυνδάρεως ἀφροδίτης ἐλάθετο. δι᾽ ὃ ὀργισθεῖσα τὴν θεὸν διγάμους τε καὶ τριγάμους καὶ λειψάνδρους αὐτοῦ τὰς θυγατέρας ἐποίησεν. ἔχει δὲ ἡ χρῆσις οὕνεκά ποτε τυνδάρεως ῥέζων πᾶσι θεοῖς μιᾶς ἐπελάθετο ἠπιοδώρου κύπριδος κείνα δὲ τυνδάρεω κούρας* (sic: ϰ̆ ϱ̆) *χολωσαμένη διγάμους τε καὶ τριγάμους τίθησι καὶ λιπεσιόρας* (sic) *καὶ ἡσίοδος δὲ τῆισι δὲ φιλομειδὴς ἀφροδίτη ἠγάσθη προϊδοῦσα κακην δέσφ᾽ ἤμβαλε φήμην. *τις ἀνδρι μένει. εἴ τ᾽ εχετον προλιποῦσ᾽ ἐβεβήκει. ἵκετο δ᾽ εἰ σφιαία φίλον μακάρεσσι θεοῖσι*. ὡς δὲ κλυταιμνήστρα λιποῦσ᾽ ἀγαμέμνονα δῖον αἰγίσθῳ παρέλεκτο καὶ εἵλετο χείρονα κοίτην ὥδ᾽ ἐλέ ἤισχυνε λέχος ξανθοῦ μενελάου:* —

Pro verbis, quibus utrimque asteriscos apposui, in vulgato Scholio legitur *καὶ Ὅμηρος*, nescio quo errore librarii: nam quae sequuntur, nusquam apparent in Poeta, et in hoc Scholio integriore est continuitas quaedam sententiae. Itaque inde ab *ἡσίοδος* usque ad finem omnia sunt Hesiodi vel Poetae Hesiodei.

Accipio τῆσιν, quod tu olim edidisti pro τῆσι, quamquam excidere quaedam potuerunt ante φιλομειδής. Vulgatum προσιδοῦσα praeferendum videtur alteri προϊδοῦσα, cui tribuenda vel haud satis antiqua potestas providendi, quae his verbis non convenit, vel e longinquo prospiciendi, non magis idonea. In προσιδοῦσα intelligo pulcritudinem trium istarum virginum, quam adspiciens Dea eo magis se neglectam esse ab Tyndareo indignabatur.

Sequuntur turpissime corrupta, de quorum tamen emendatione non desperandum, quoniam tenemus Echemum, latentem in εχετον. Totum fragmentum ego sic constituerim:

τῆσιν δὲ φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
ἠγάσθη προσιδοῦσα, κακὴν δέ σφ' ἔμβαλε φήμην.
Τιμάνδρη μὲν ἔπειτ' Ἔχεμον προλιποῦσ' ἐβεβήκει,
ἵκετο δ' εἰς Φυλῆα, φίλον μακάρεσσι θεοῖσι.
Ὡς δὲ Κλυταιμνήστρη προλιποῦσ' Ἀγαμέμνονα δῖον
Αἰγίσθῳ παρέλεκτο καὶ εἵλετο χείρονα κοίτην,
ὧδ' Ἑλένη ᾔσχυνε λέχος ξανθοῦ Μενελάου.

In postremis propterea ὧδ' Ἑλένη recipio pro vulg. ὡς δ' Ἑλένη, quod δέ in ὡς δὲ Κλυτ. respondet praegressis Τιμάνδρη μέν. Sententia: sicut autem Clytaemnestra — ita Helena cet.

Ceterum restitutio nominum Timandrae, Echemi et Phylei nititur verbis Eustathii ad Iliad. *B.* 616: Φυλεὺς γάρ, φασίν, μοιχεύσας Τιμάνδραν ἀδελφὴν Ἑλένης ἀπήγαγεν ἐς τὸ Δουλίχιον. Hic autem Phyleus, Hesiodo dictus φίλος μακάρεσσι θεοῖσι, ab Homero l. l. vs. 628. vocatur Διὶ φίλος. Timandram nuptam fuisse Echemo, Arcadum regi, satis notum est ex Pausania VIII, 5, 1: φαίνοιτο δ' ἂν τῷ ὑστέρῳ τῶν λόγων καὶ Τιμάνδρα συνοικήσασα ἡ Τυνδάρεω τῷ ἀποκτείναντι Ὕλλον Ἐχέμῳ. Ex cuius verbis recte, ut spero, colligo locum Hesiodi fuisse fontem istius traditionis, quam quum poeta sic retulisset, ut incertum relinqueret cuiusnam Echemi inter plures eiusdem nominis Timandra uxor fuisset, nunc comparatis duabus traditionibus, receptaque posteriore, Pausanias fuisse conficit Echemum, regem Arcadiae, Hylli interfectorem. Si enim Heraclidae rediissent regnante Oreste (ut prius narraverat I, 41, 2.), non huius Echemi potuisse Timandram coniugem esse, sed iunioris cuiusdam Echemi, cuius tamen uxori vetulae, quippe materterae Orestis, nullum periculum fuisset ab moecho. Haec, nisi fallor, est sententia verborum Pausaniae, quae paulo obscuriora sunt, necdum, quantum memini, explicata.

Unde Eustathius hauserit incertum est in tanta iactura veterum Scholiorum. Legisse eum pleniora quam quae nunc habeamus in Schol. Ven. ad Il. *B*. 628. probabilis est coniectura Heynii ad Apollod. II, 5, 5., nec reticebo videri mihi intercidisse versum post *μακάρεσσι ϑεοῖσι*, cuius haec fuerit sententia: Ad Dulichium, quo eam Phyleus ex Tegea raptam duxit. Recusabis fortasse supplementum, quo admisso de Timandrae adulterio multo verbosius exponatur quam de Clytaemnestrae et Helenae. Huic dubitationi sic respondeo: vix excogitari posse, unde Eustathius de Timandrae fuga ad Dulichium audire potuerit, nisi ex isto ipso fragmento Hesiodeo: tum, ideo accuratius in hoc de Timandra referri quam de sororibus, quia harum fama percrebuisset, illius novitia esset; cuius fata et dedecus ne postea quidem, quantum scimus, in scena, quae sororum piaculis personuit, audita sunt, nec Pausanias ipse, antiquitatis diligentissimus scrutator, satis accurate noverat, scribens *φαίνοιτο δέ*. Versum denique, quem tu inter fragmenta recepisti ex Schol. Vrat. Pindari XI, 79: *Τιμάνδρην Ἔχεμος ϑαλερὴν ποιήσατ' ἄκοιτιν*, cum versibus nunc repertis conglutinari posse, mecum dubitabis: quem mihi non persuasisti ad Aegimium pertinere, quo retulisti in priore Editione. Vides, Goettlingi, me non nimis securum esse nec de huius Carminis nec de eius aetate, unde decerpta sunt, quae Scholiastes Euripidis suppeditavit.

Rogasti Scholion, Goettlingi doctissime, non sententiam meam. Dedi utrumque; nec sententiam non rogatus tulissem, nisi haec prius partim conscripta habuissem, alio tempore promenda; sed omne hoc, quidquid est bonarum literarum, commune bonum est. Uteris, ut lubebit. Eadem plenius elaborare et exquisitius ornare Tu poteras, cuius doctrinam magni facere soleo. Quodsi dignas censueris has literas meas, quae edantur, non nocituras meae existimationi, ede, *πάντα χναύματα*, ne postremis quidem his resectis: in quo modestiae tuae damnum ego praestabo. Vale.

Scripsi Lugd. Batavorum
die 13. Nov. 1842.

In quibus literis facile dignam Valckenaeriis Ruhnkeniisque ingenii aciem agnosces; tam egregie Geelius versus 3. et 4 fragmenti restituit. Quam restitutionem mirum quantum confirmat Eustath. ad Il. I. p. 125. 126. et 797, 45. [Fragm. CCXX. n. ed.]: *καὶ Ἡσίοδος· Φυλέα φίλον μακάρεσσι ϑεοῖσι*, ubi Hermannus

recte *Φυλῆα*. Simul hoc Geelianum fragmentum docere potest, quam lubrica res sit fragmenta poetae velle in ordinem disponere. Nemo enim divinavit vel divinare poterat fragm. CCXX. n. edit. componendum esse cum fragm. CCVI.

Pauca addere liceat. Quod Geelius post *μακάρεσσι θεοῖσι* versum excidisse suspicatur, quo Dulichii mentio facta sit, eam ob causam non probabile videtur, quod Echemum filiumque eius Evandrum una cum Timandra alias etiam commemoraverat Hesiodus, ut ostendit Fragm. CCXLII., quod ego nimis contraxi: sequuntur enim apud Servium haec: Ledae et Tyndarei filias, Clytaemnestram, Helenam et Timandram, quam duxit uxorem Echemus Arcas, cuius filius fuit Evander. Ex eo igitur loco, quem Servius in animo habuit, narrationem de Dulichio suam hausisse putandus est Eustathius. Neque alius Echemi statuendi necessitatem video. Nihil enim Pausanias dicit aliud, quam famam fuisse illam Hylli expeditionem factam esse Orestis tempore; quam ille opinionem sola aetate Echemi, Hylli interfectoris, computata reiiciendam esse arbitratur.

Ceycis nuptias partem fuisse Catalogi vel Eoearum multi fuerunt qui dicerent. Paucissimae conservatae reliquiae sunt, quibus adiiciendum nunc videtur illud, quod Hesiodii carminis fuisse suspicatus erat Muellerus Dor. II. p. 481: *Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν*, vel potius: *Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν*, ut Hesiodus dixisse videtur, cuius postea invertit sententiam Eupolis. V. Meinekii Fragmenta poetarum com. ant. I. p. 542., qui Schneidewini in Zenobii textu coniecturam (v. Bergkii rell. com. Att. p. 440. et Schneidew. ad Zenob. prov. II, 19.): *οὕτως Ἡσίοδος ἐχρήσατο τῇ παροιμίᾳ*, pro *οὕτως Ἡράκλειτος* recepit. Certe, si nihil mutandum esse videatur, ille Heraclitus non est Ephesius, sed Comicus, cuius *Ξενίζοντα* commemoravit Athen. X. p. 414. D., nisi substituendus Heraclides est cum Meinekio Histor. crit. Com. Graec. p. 422.

Ἐπιθαλάμιον εἰς Πηλέα καὶ Θέτιν Hesiodo adscriptum esse videtur propter argumentum, quod ab Eoeis non adeo diversum esse videbatur.

Thesei cum Pirithoo ad inferos descensus Harlesio (Fabricii Bibl. Gr. I. p. 592.) ex Aegimio desumptum carmen videbatur. De qua re vehementer dubito. Inductus in errorem esse videtur eo, quod Cercopi poetae, quem Aegimii auctorem fuerunt qui haberent, quaedam *εἰς ᾅδου κατάβασις* tri-

buitur, quae quum Orphici argumenti esset, nihil commune habebat cum argumento Aegimii mythologico. Argumentum indicasse videtur Plutarch. Thes. 35. Cum hoc autem si plura, ut multi credunt, coniuncta fuerunt alia, etiam de Aegle, propter quam deseruisse Ariadnam Theseus dicebatur, de qua re Hereas Megarensis exposuerat (Fragm. CXIII.), non improbabile videtur etiam illos versus, quos ex nescio quo poeta idem Hereas allegaverat (Plut. Thes. 32.):

τὸν (Ἄλυκον) ἐν εὐρυχόρῳ ποτ' Ἀφίδνῃ
Μαρνάμενον Θησεὺς Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο
κτεῖνεν

pro Hesiodiis habendos esse. Hereas ab Etym. M. p. 436. Heras dici videtur.

De Aegimio dixi p. 251. Unum addere liceat propter fragmenta VII. et VIII. In hoc poemate sermonem etiam fuisse de Doriensium republica novisque in ea legibus latis concludi potest ex Pindar. Pyth. I, 125: αἰεὶ μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμίου [16]) Δωρίοις. Neque Hylli Timandraeque mentio abesse poterat.

Carmen περὶ Ἰδαίων δακτύλων, de quo vide Lobeck. Agl. p. 1156., et Μελαμποδία (non Μελαμπῳδία, ut legitur apud Fabricium Bibl. Gr. I. p. 115.) ad idem mythologicum genus pertinere nunc puto: de Melampodia enim recte exposuisse videtur Marckscheffelius p. 169. Ceterum de eodem Melampode fabulas collegit Eckermannus (Melampus und sein Geschlecht. Goett. 1840.).

Ad didacticum porro genus olim dixi pertinere ἔπη μαντικά et ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν, quae Pausanias commemorare videtur. Sed de ἔπεσι μαντικοῖς recte monuit Marckscheffelius non esse habenda in titulis carminum Hesiodiorum, quum verba Pausaniae nihil videantur significare, quam multos esse in carminibus Hesiodiis versiculos, qui de vaticiniis agant; idem tamen dicendum erat de ἐξηγήσεσιν ἐπὶ τέρασιν. Monendum est enim Pausaniam Herodotum et Homerum imitantem τὲ particulam (nisi praefers cum novissimis editoribus supposititiam dicere) relativis ita adiungere, ut horum vim intendat; ὁπόσα τε sunt igitur quaecunque, neque τὲ illud cum καί ante ἐξηγήσεις componendum

---

[16]) Mirum est de accentu vocabuli Αἰγίμιος nihil apud grammaticos reperiri. Ego duos locos Pindari (Pyth. I, 64. V, 72. Boeckh.) ut antiquissimos omnium secutus in doctrina de accent. Gr. p. 172. dixi ὀξυτόνως pronuntiandum nomen esse; sed monendum est in omnium scriptorum serioris aetatis locis proparoxytonon esse.

est. Totus igitur locus Pausaniae sic intelligendus. Post ὅσα ἐπὶ ἔργοις καὶ ἡμέραις nulla amplius titulorum Hesiodiorum commemoratio; pergit Pausanias ad vitam Hesiodi enarrandam; iam igitur quum dixisset secundum auctores quosdam Hesiodum apud Acarnanas didicisse divinationem (quod Acarnania inde ab Alcmaeone habebatur vatum feracissima; v. Valckenar. ad Herodot. I, 62. VII, 221. Clement. Alex. Strom. I. p. 245. Sylb.), postea adiecit posse huic sententiae ex ipsis Hesiodo adscriptis carminibus fidem quandam parari: quaecunque (ὁπόσα τε) enim et nos ipsi legimus plena sunt divinationis et explicant prodigia. His vero verbis praecipue Hesiodi Opera innuisse putandus est: v. 383. 415. 448. 564 — 566. 571. 582. 609 — 619. all. Adde etiam Schol. Aeschyl. Prom. 793. (Fragm. CXCI.): περὶ γρυπῶν Ἡσίοδος πρῶτος ἐτερατεύσατο, et Schaubach. Geschichte der Astronomie p. 36.

Astronomia vel ἀστρολογία vel ἀστρικὴ βίβλος tribuitur Hesiodo a Plinio H. N. XVIII, 25: Occasum matutinum Vergiliarum Hesiodus (nam huius quoque nomine exstat Astrologia) tradidit fieri, quum aequinoctium auctumni conficeretur, Thales vigesimo die ab aequinoctio, Anaximander vigesimo nono, Euctemon XLVIII. Plut. de Pyth. or. 18: ἐν μέτροις πρότερον Εὐδόξου καὶ Ἡσιόδου καὶ Θαλοῦ γραφόντων, εἴ γε Θαλῆς ἐποίησεν, ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν, τὴν αὐτῷ ἀναγραφομένην ἀστρολογίαν: unde concludas Plutarchum ἀστρονομίαν pro vere Hesiodio carmine habuisse. Callimachum epigr. XXIX. eiusdem opinionis auctorem nolui addere, quod Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος etiam de Operibus intelligere licet.

Sequuntur Χείρωνος ὑποθῆκαι, de quarum argumento silere satius duco, quam quae nec sciri nec credi possunt proferre. Aristophanis Byzantii sententiam de libelli auctore protuli fragm. CLXXXIII.

Γῆς περίοδος, quae tanquam poema Hesiodi citatur. (v. Fragm. p. 294.), nihil aliud esse videtur, quam Hesiodiorum locorum ab Eratosthene [Eudoxo] facta de hac re collectio et eo titulo insignita, qui ab Hecataeo inde celeberrimus erat. V. Klausen. Hecat. p. 13. Cui sententiae obstare dixerunt F. Osannus (Zeitschr. f. Alterth. 1841. p. 645.) et Marckscheffelius p. 197., quod Strabo VII. p. 302. memoriam sententiae cum carminis nomine ex Ephori historiis hausisse videatur. Hoc autem minime concludere licet ex Strabonis verbis, qui versum γλακτο-

φάγων εἰς αἶαν ἀπήναις οἰκί' ἐχόντων ex Hesiodo allegavisse Ephorum quum sciret, ipse de suo addidit ἐν τῇ καλουμένῃ γῆς περιόδῳ. Nam vere Hesiodi carmen si fuisset Γῆς περίοδος, certe non addidisset ἐν τῇ καλουμένῃ Strabo. Quod Euthydemus apud Athenaeum III. p. 116. A. praeterea Hesiodum inducit περὶ ταριχῶν praecepta dantem, ipsius Euthydemi festivum inventum est.

Omnium fragmentorum indicem secundum titulos invenies p. 307., indicem praecipuorum scriptorum, qui reliquias Hesiodi conservarunt, p. 308., in quem eos scriptores nolui recipere, qui Hesiodi locos quosdam commemoraverunt quidem, sed aut brevioribus verbis aut depravatioribus. Ordinem, quo superiore editione disposueram disiecta Hesiodi membra, in universum etiamnunc secutus sum. Quod mirabuntur fortasse qui iudicii G. Hermanni, quem honoris causa nomino, (Opusc. VI. p. 255.) de sic dispositis carminibus et eorum meminerunt, qui post Hermannum dixerunt similiter; sed duabus praecipue de causis non prorsus eum ordinem mutare volui, quem non prorsus imprudens institueram: primum enim tam lubricum est negotium fragmenta ordinare, ut assensum ferre vel paucorum difficile sit; deinde, si plane novum ordinem excogitassem, verendum erat, ne iterum etiam in hac re in me excitarem apium et fucorum vel aculeos vel bombos, qui, regis semel iudicio de libro meo interposito, sic in me involarunt, ut tacere satius ducerem quam Ciceronis dictum meo etiam exemplo confirmare: aculeum apis sine clamore ferre non possumus. Quare in universum conservavi pristinum ordinem, paucis tamen exceptis et erroribus correctis, quos Hermannus indicavit plurimos, alios Marckscheffelius. Post me alii etiam in colligendis fragmentis Hesiodi elaboraverunt, C. Lehmannus de Hesiodi carminibus perditis partic. I. Berol. 1828., F. S. Lehrsius (in corpore epicorum Graecorum. Paris. 1840), H. Duentzerus (die Fragmente der epischen Poesie der Griechen bis zur Zeit Alexanders d. Gr. Köln 1840; Nachtrag zu den Fragm. Köln 1841), G. Marckscheffelius (Hesiodi, Eumeli, Cinaethonis, Asii et carminis Naupactii fragmenta. Lips. 1840), quorum omnium hic, quem ultimo dixi loco, fuit diligentissimus et in conquirendis reliquiis et in ordinandis; huius igitur collectionis numerum meis numeris adieci in parenthesi. Totum tamen Marckscheffelii ordinem nolui sequi tam propterea, quod ignavum videbatur ope-

*****

ram eius quasi praedam mihi arrogare, quam eam ob causam, quod multis locis mihi dissentiendum ab eo erat. In universum autem brevitati maxime studui, ne fragmentorum moles carminum ipsorum corpus quasi subrueret.

VII. De antiquis grammaticis Hesiodi interpretibus.

In carminibus Hesiodiis edendis et explicandis multi numero grammatici antiqui operam posuerunt haud contemnendam, quanquam admodum paucae eorum annotationes nostram tulerunt aetatem. Dixi de industria antiquos grammaticos. Quae enim Pisistrato adscribi videtur editio (v. Fragm. CXIII. Cf. Plut. Thes. 32.) et quae Aristoteli tribuuntur *ἀπορήματα Ἡσιόδου* apud auctorem anonymum vitae Aristotelis (Menag. Diog. L. p. 202) nimis sunt dubiae auctoritatis, quam ut hic in censum venire possint. De Praxiphanis iudicio de exordio Operum dixi p. 159. Cf. Preller. de Praxiph. et Classen. Gramm. Gr. prim. p. 8. Primus igitur nominandus Zenodotus est, Ephesius sine dubio, cuius annotationes ad Theogoniam 5. 116. conservatae sunt a Scholiastis. In annotatione priore vulgatam lectionem: *ἐν δὲ τοῖς Ζηνοδοτείοις γράφει Τερμησσοῖο· τὰς δὲ πηγὰς ἔχει ἐν τῇ Θεσπιακῇ χώρᾳ καὶ ἀπ' αὐτῆς ῥεῖ εἰς τὴν Κωπαΐδα λίμνην, κακῶς· ὁ γὰρ Τερμησσὸς ὄρος ἐστὶ καὶ οὐ ποταμός*, Gaisfordium recte emendasse: *ἐν δὲ τ. Ζ. γράφεται Τερμησσοῖο*, testatur codex Neapolitanus; pro *τοῖς Ζηνοδοτείοις* legendum est *ταῖς Ζηνοδοτείοις*, sc. *διορθώσεσι*. V. Apollon. Dysc. de pron. p. 140. B. Bekk.: *Ἐν ταῖς Ζηνοδοτείοις διορθώσεσι δίχα τοῦ ν̄ Ζεὺς δὲ πρὸς ὃν λέχος ἐγράφετο*. Etiam in Homeri recensione suam Boeotiae cognitionem demonstravit, quanquam et hic obtrectatores suos nactus est. V. Strabon. IX. p. 284. *Ζηνόδοτος δὲ γράφων· οἵ δὲ πολυστάφυλον Ἄσκρην ἔχον, οὐκ ἔοικεν ἐντυχεῖν τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἡσιόδου περὶ τῆς πατρίδος λεχθεῖσι καὶ τοῖς ὑπ' Εὐδόξου πολὺ χείρω λέγοντος περὶ τῆς Ἄσκρης*, unde sua convasavit Eustathius ad Il. p. 270. ed. R. Zenodotum igitur non legisse Hesiodum, quem edidit? Scilicet ista regio neque nunc prorsus aversa vino est. Quod Zenodotum secutus sum Th. 5., erit fortasse qui vituperet provocans ad Wolfii prolegg. p. CC: „Ac sane plurimae lectiones eius tam sunt improbabiles et a tanta temeritate iudicii profectae, ut ita emendare vel tironem hodie pudeat." Dura sane verba

quorum aculei non admodum mitigantur ea quae post a Wolfio addita est excusatione. Mihi sequendum esse videbatur subactum iudicium Thierschii (Gramm. Gr. §. 158, 14.).

Sequitur Aristophanes Byzantius citatus a Scholiastis ad Theogoniam v. 68: ἐπεσημήνατο ταῦτ' ὁ Ἀριστοφάνης· νῦν περὶ τῆς ἀνόδου φησὶν αὐτῶν εἰς τὸν Ὄλυμπον. πρότερον γὰρ ἦν λόγος αὐτῷ περὶ τῆς ἐν τόπῳ αὐτῶν χορείας. Haec videntur e commentario in Theogoniam hausta esse. De Aristophanis sententia de auctore Scuti Herculis v. p. 108. et quae supra diximus. Praeterea dubius locus est in Schol. ad Theog. 126: Δίδυμος δὲ τὸ ἶσον ἑαυτῇ κατὰ τὸν τῆς γεννήσεως λόγον, ἤγουν ὅτι καὶ αὐτὸς ὥςπερ αὐτὴ ἐγεννήθη. Καὶ Ἀριστοφάνης. Ἀμφιτρύων γενναιότερον αὐτοῦ παῖδα γεννᾷ. ὅτε ἐπηυξήθη οὐρανὸς ἀστερόεις. Ex hoc loco, qui ita corrigendus esse videtur secundum codicum vestigia: Ἀριστοφάνης τὸ ἐναντίον λέγει (ἄϊσον), ὡς καὶ Ἀμφιτρύων γενναιότερον αὐτοῦ παῖδα γεννᾷ, ὅτι ἐπηυξήθη οὐρανὸς ἀστερόεις, haec sententia elicitur: quemadmodum igitur fortiorem et grandiorem filium Herculem Amphitruo progenuit, ita Terra Coelum.

Post hunc laudandus Aristarchus est. Atque Orio quidem Thebanus v. Λακίδες· ἐπὶ σχίσματος ἱματίου παρὰ τὸ λακεῖν καὶ ψοφεῖν ἠρέμα ἐν τῷ σχίζεσθαι· οὕτω Ἀρίσταρχος ἐν τοῖς σημείοις Ἡσιόδου. Sed hic pro Ἀρίσταρχος scribendum esse Ἀριστόνικος, de quo post dixerimus, recte monuit Lehrsius de Aristarchi studiis Homericis p. 4. Certiores sunt alii loci. Exordium Operum ut spurium notaverat; porro 210. 211. 378. 740., ubi ita Proculus: ἄλλοι γράφουσι κακότητα· ἐπεὶ κακότητα οἶδεν ἀντὶ τοῦ ἐκακώθη. Ἀρίσταρχος δὲ ἀθετεῖ τὸν στίχον τοῦτον. ἄλλοι κακότητα ἔπι, οἱονεὶ ἐπὶ κακῷ ἑαυτοῦ. Theog. 114: οἱ περὶ Ἀρίσταρχον τὸ ἐξ ἀρχῆς μόνον λέγουσιν, nempe δεῖν ἀθετεῖν; vs. 115. 991., ubi pro Ἀρχίλοχος δὲ γράφει μύχιον cum Ruhnkenio praef. ad Hesych. p. VII. legendum est Ἀρίσταρχος. Praeterea annotationes quaedam Aristarchi commemorantur ad Op. 97: ἔνδον ἔμιμνε πίθου] ὥς φασιν, ἔμεινεν ἐν τῷ πίθῳ ἡ ἐλπίς· ἔστι γὰρ τοῦτο ἐν ἀνθρώποις. — φησὶν οὖν Ἀρίσταρχος, ὅτι ἡ μὲν τῶν κακῶν ἔμεινεν, ἡ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐξῆλθεν, ὅθεν ἀκυρολογοῦμεν λέγοντες ἐλπίζειν κακά. Ad Theog. 79: Ἀρίσταρχος τὸ προφερεστάτη ἀντὶ τοῦ πρεσβυτάτη ἤκουσεν. Hoc si verum est, videtur inde concludi posse Aristarchum sequentes versus pro non Hesiodiis habuisse, de qua re supra monui; certe si

προφερεστάτη interpretamur *πρεσβυτάτη*, nescimus, cur *γάρ* v. 80. adiecerit poeta.

Apollonius Rhodius commemoratur ab auctore argumenti III. Scuti: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ γ'* (de hoc numero diximus supra p. LVIII.) *φησὶν αὐτοῦ* (*τοῦ Ἡσιόδου τὴν ἀσπίδα*) *εἶναι*; porro a scholiis ad Oper. 824., ad Theog. 26. *γαστέρες οἷον*] *οἱονεὶ ἀντὶ τοῦ περὶ τὴν γαστέρα μόνην ἀσχολούμενοι καὶ μόνα τὰ τῆς γαστρὸς φρονοῦντες. Ἀπολλώνιος μὲν ὁ Ῥόδιος λείπειν τὸν πρῶτον στίχον φησίν· ἀλλ' οὐ λείπει δέ, ἀλλ' ἔστι· ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἷον.*

Didymus duobus locis laudatur, uno ad Oper. 300: *Δίδυμος δὲ κοτούροις, ὅτι κότον ἔχουσιν ἐν τῇ οὐρᾷ*; altero ad Theog. 126: *Δίδυμος τὸ ἴσον ἑαυτῇ κατὰ τὸν τῆς γεννήσεως λόγον, ὅτι καὶ αὐτὸς ὥςπερ καὶ αὐτὴ ἐγεννήθη*, ut nescias, an singularem operam in Hesiodi carminibus interpretandis edendisve posuerit. V. Natal. Com. VI, 18.

Seleucus Alexandrinus citatur ad Oper. 96., ubi pro *δόμοισι* scripsit *πίθοισι*, Oper. 549., ubi pro *πυροφόρος* scr. *ὀμβροφόρος*, Scut. 415., ubi pro *χαλκόν χαλκός*; Theog. 114. 115. damnantur, 160. *ἀχνυμένη*, 270. *καλλιπάρηος* scripsit.

Sequitur Aristonicus Alexandrinus, qui *περὶ τῶν σημείων* (notas dicit Cicero in Pison. 30.) *τῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου* scripsit, teste Suida v. *Ἀριστόνικος*. Cf. Boeckh. Praef. Pind. p. XVI. Semel laudatur in scholiis, quae nostram aetatem tulerunt, Theog. 178: *Ἀριστόνικος λοχεοῖό φησιν ὡς θυρεοῖο· λοχεὸς γὰρ λέγει* (f. *λέγεται*), *βεβίασται* (sc. *ἀναβεβίασται*) *δὲ τὸ λοχέοιο παρὰ τὸ ἔθος* (v. p. XXXII. h. praef.). Egregia observatio, cuiusmodi si plures haberemus, de dialecto Hesiodi longe exquisitiora sciremus. Si concludere liceret haec *σημεῖα*, de quibus ad Theogoniam dixerat Aristonicus, Aristarchi fuisse, quod de Aristonici notis Homericis comprobavit Lehrsius de Aristarchi stud. Hom. p. 15., longe etiam pretiosior fuit Aristonici liber.

Hi omnes ad Aristarchi scholam Alexandrinam videntur pertinere. Sed etiam Aristarchi clarissimus adversarius et obtrectator, Crates Mallotes, bibliothecae et Musei Pergameni [17]) praefectus, operam laudabilem videtur posuisse in critica Hesiodia.

---

17) De Museo Pergameno etiamnunc dubitat Matterus, essai historique sur l'école d'Alexandrie I. p. 48. Sed v. praeter Wolfium Prolegg. p. CCLXXVI. F. Rankium de Aristoph. vita p. CLXIII. Bernhardy, Grundrifs der griech. Literat. I. p. 362.

V. Schol. ad Oper. 530: *Κράτης δὲ γράφει μαλκιόωντες*; ad Theog. 126: *ἀλλ' ὁ Κράτης ἀπορεῖ λέγων· εἰ γὰρ ἴσον, πῶς δύναται καλύπτειν; λέγει οὖν ἴσον ὅμοιον τῷ σχήματι, σφαιροειδῆ, τῷ μεγέθει δὲ ἀπειροπλάσιον.* Locus gravissimus est Schol. Theog. 142: *Κράτης ἀντὶ τούτου ἄλλον στίχον παρατίθεται· οἳ δ' ἐξ ἀθανάτων θνητοὶ τράφεν αὐδήεντες. πῶς γὰρ τοὺς αὐτοὺς θεοῖς ἐναλιγκίους λέγει καὶ ἐν τῷ τῶν Λευκιππίδων καταλόγῳ ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀναρεῖσθαι ποιεῖ;* Ex quo apparere videtur Cratetem cognitam habuisse aliam Theogoniae recensionem, quam ea est, qua nunc nos utimur. Longe aliter quidem de hoc loco Marckscheffelius iudicat p. 126., qui Cratetem hunc versum (*οἳ δ' ἐξ ἀθ.*) ex Leucippidum catalogo citasse in margine putat, ut diversitas narrationum in Theogonia et in Catalogis appareret. Et recte quidem monuit *παρατίθεσθαι* (et *παρατιθέναι*) significare multis locis „citare, laudare"[18]), sed multum differt dicere *παρατίθεσθαί τινα στίχον* et *παρατίθεσθαι στίχον ἀντὶ ἄλλου στίχου*, ut dicitur hic, quod nullo pacto potest significare id, quod Marckscheffelius voluit; ita scholiastes dixisset potius: *τούτῳ τῷ στίχῳ ἄλλον στίχον παρατίθεται*, ut apud Platon. Leg. V. p. 735. C. *παραθέσθαι τῷ λόγῳ*.

In his grammaticis Pergamenis habendus est etiam Demetrius Ixio Adramyttenus, qui teste Suida *ἐξήγησιν εἰς Ἡσίοδον* scripsit. Eodem Suida teste Dionysius Corinthius *ὑπόμνημα εἰς Ἡσίοδον* conscripserat. Idem esse videtur, quem una cum Polyzelo scholiastes Dorvillii allegavit ad Op. 10. V. p. 161. ed. nostr.

Hieronymi et Epaphroditi *ὑπόμνησιν Ἀσπίδος* ex Etym. M. citavimus ad Scut. 431. (cf. Etym. Gud. v. *Ἀλκαία*).

Porro Plutarchus Chaeronensis quatuor libros commentariorum scripsit in Hesiodum (Aul. Gell. N. A. XX, 8.), quorum multa sunt reliqua in Proculi scholiis ad Hesiodi Opera. In Theogoniam commentarios non videtur scripsisse. Collecta sunt fragmenta in T. XIV. Plutarch. Hutten. p. 292. (Tomo V. Moral. ed. Wyttenb.). Notarat ille ut spurios hos versus Op.: 267—273. 317. 318. 353—355. 375. 378. 561—563. 654—662. 757. 758. 794—797. De ultimis certe ita Proculus: *τοὺς πρὸ τούτων δ' στίχους οὐδὲ μνήμης ὁ Πλούταρχος ἠξίωσεν ὡς ἂν μὴ φερομένους.* Hinc concludere licet composuisse Plutarchum commentarium continuum in Opera. Explicationes eius quae com-

---

[18]) V. F. Osann. in Diar. Antiq. 1841. p. 644.

memorentur dignae sunt hae: Op. 504. *Πλούταρχος οὐδένα φησὶν μῆνα Ληναιῶνα Βοιωτοὺς καλεῖν. ὑποπτεύει ἢ τὸν Βουκάτιον αὐτὸν λέγειν, ὅς ἐστιν ἡλίου τὸν αἰγόκερων διιόντος καὶ τὸ Βούδορα τῷ Βουκατίῳ συνᾴδειν διὰ τὸ πλείστους ἐν αὐτῷ διαφθείρεσθαι βόας, ἢ τὸν Ἑρμαῖον, ὅς ἐστι μετὰ τὸν Βουκάτιον καὶ ἐς ταὐτὸν ἐρχόμενος τῷ Γαμηλιῶνι, καθ' ὃν καὶ τὰ Ληναῖα παρ' Ἀθηναίοις. Ἴωνες δὲ τοῦτον οὐδ' ἄλλως, ἀλλὰ Ληναιῶνα καλοῦσι.* Sic facile emendari possunt. Cf. Boeckh. Corp. Inscr. T. I. p. 732. et v. Oper. 504.; ad vers. 748: *θυσίαν ταύτην ὁ Πλούταρχος πρόχειρον καὶ καθημερινὴν εἶπεν ὀρθῶς ἀφ' ὧν μέλλομεν ἐσθίειν ἱερὰ πάντα ποιοῦντες διὰ τὸ ἀπάρξασθαι· καὶ γὰρ αἱ τῶν ἱερῶν τραπεξώσεις τοῦτο εἶχον· ἀπαρξάμενοι γὰρ ἀπ' αὐτῶν ἐδαίνυντο.* 750: *ὁ δὲ Πλούταρχός φησιν, ὅτι μὴ δεῖ τὰ νεογνὰ ἀκίνητα ἐᾶν καὶ ἀποτίθεσθαι ἐν ἀκινήτοις· ἀσθενέστερα γὰρ γίνεται· κινεῖν δὲ αὐτὰ ὅτι μάλιστα, κἂν ἐπὶ τινῶν αὐτά τις καθιζάνῃ, ἐπὶ κινουμένων καθιζάνειν καὶ σαλεύειν διὰ τούτων, οἷά τισιν εὐκίνητα κλινίδια μεμηχάνηται πρὸς τὴν τῶν παίδων εὐνήν.*

Proclus Lycius Diadochus, s. Syriani in cathedra philosophorum Atheniensi successor, mortuus Athenis anno Christ. Iuliano 485., anno aetatis septuagesimo quinto (v. Fabricii prolegg. ad Marini vitam Procli p. XXIV. ed. Boissonad. Cf. Cousin. Praef. ad Procli op. p. XX.), scripsit *ὑπόμνημα εἰς τὰ Ἡσιόδου ἔργα καὶ ἡμέρας.* Huius maxima pars conservata est in sylloge scholiorum ad Hesiodum edita ab Th. Gaisfordio. Longe praestant eius annotationes ceteris omnibus commentariis, quorum ad nos pervenit notitia, neque ea reprehensio, in quam indignus incurrit apud Welckerum (de Cyclo p. 3 sq.), opinionem nostram convellere potest, quum F. Rankius (de Hesiodi Operibus et Diebus comment. p. 4.) recte demonstraverit commentationem de gente Hesiodi non esse Proculi, sed Io. Tzetzis, cuius ipsum nomen in titulo legitur in codice Vat. et Ven. Quod mihi quidem olim imposuerat, ut Proculi esse hanc commentationem putarem, non Tzetzis, quem Procli verba in suum usum impudenter convertisse arbitrabar, locus est p. LXXXII. sic scriptus in codicibus: *Ἀριστοτέλης μὲν ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δέ, οἶμαι, ὁ τοὺς πέπλους συντάξας ἐν τῇ Ὀρχομενίων πολιτείᾳ Στησίχορον τὸν μελοποιὸν εἶναί φησιν υἱὸν Ἡσιόδου ἐκ τῆς Κλυμένης κ. τ. ἑ.* Haec verba, de quibus tacet Rankius, multo doctiorem hominem indicare videbantur, quam Tzetzes fuit, atque hoc eo videbatur probabilius esse, quod sunt omissa inde ab *ὁ φιλόσοφος*

usque ad πολιτεία in Tzetzis scholiis a Trincavello editis p. 3, 4.; iam si comparaveris cum verbis vere Proclianis in schol. ad Oper. 271., scrupulus alius iniicietur. Scribit enim is: Φιλόχορος δὲ Στησίχορόν φησι τὸν ἀπὸ Κλυμένης. Idem vero Proculus ad Op. 631. ita: ὅθεν καὶ τὸν θεὸν Ὀρχομενίοις προςτάξαι τὰ Ἡσιόδου λείψανα λαβεῖν καὶ θάψαι παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησὶ γράφων τὴν Ὀρχομενίων πολιτείαν. Atque similia Aristotelem de Hesiodo tradidisse in republica Orchomeniorum concludi etiam ex Prov. Vaticanis IV, 3. potest, quae supra allegavimus. Iam vero qui ista verba, μᾶλλον δέ, οἶμαι, κτλ., obiter inspexerit, subactum iudicium docti hominis sibi agnoscere videbitur, qui rempublicam Orchomeniorum non a philosopho scriptam esse arbitratus sit, sed ab alio Aristotele, qui τὸν Πέπλον conscripsit. Nihil est autem ab ingenio Tzetzis tam alienum quam haec altioris indaginis crisis. Accedit, quod libri Aristotelis de civitatibus tempore Tzetzis sine dubio iam deperditi erant. Fortasse igitur in Tzetzis exemplari scholiorum Proclianorum scriptum erat: ὁ φιλόσοφος pro ὁ Φιλόχορος: igitur quum non invenisset locum in Aristotelis scriptis sibi notis, ex coniectura addidit dictum hoc esse aut in Orchomeniorum republica propter scholion Proclianum ad Op. 631., aut, quod verisimilius ei visum fuerit, in ea commentatione, quam Pepli nomine eam ob causam inscripserat Aristoteles, quod mythologiam praecipue explicabat. De Aristotele Pepli auctore praeter Eustath. Il. p. 285, 24. atque eos, quos laudavit Harlesius ad Fabr. Bibl. Gr. III. p. 275., v. Schol. Aristid. T. III. p. 323. Dind., Schol. Ven. Il. XI, 688. et Etym. M. v. Ἦλις. Videtur autem perspicuum esse ex hoc Tzetzis additamento non continuo concludi debere Peplorum scriptorem esse alium quam philosophum Aristotelem, quod fecit Meursius Panath. 18. Exempto igitur hoc scrupulo (si modo vere exemptus est) nihil videtur impedire, quominus totam commentationem de gente Hesiodi Io. Tzetzi cum Rankio adscribamus, editam diverso modo in diversis exemplaribus. Ab hoc Proculo diversum esse Proclum, Proculeium etiam dictum, Syrum natione, monuit Fabricius Bibl. Gr. T. IX. p. 363. Harles. Huius commentarium εἰς τὸν παρ' Ἡσιόδῳ τῆς Πανδώρας μῦθον commemoravit Suidas.

VIII. De codicibus Hesiodi.

In hac altera Hesiodi carminum editione in universum secutus sum eas leges, quas in superiore editione mihi ipse praescripseram. Textum ad codices manuscriptos, quos aut ipse contuli aut alii contulerunt, ita constitui, ut antiquissimos quidem praecipue sequerer, sed alios etiam, quanquam recentiores, si ratio suadebat, in locis quibusdam praeferrem. Ineptum enim fuisset in tam antiquis carminibus unum aliquem codicem vel certas quasdam codicum familias quas dicunt tanquam clarissimos septentriones sequi, parvulam vero cynosuram prorsus negligere, in qua re, quanquam ab antiquis in nautis reprehensa, nunc multi sibi egregie placent. Quo vero cursus mihi videbatur dirigendus esse in singulis carminibus, exposui superioribus paragraphis. Coniecturas aliorum admisi raro, meas rarissime. Errores ab aliis indicatos, si qui fuerunt, correxi, imprimisque eos, quos G. Hermannus, grammaticorum equitum doctissimus (licebit enim Horatiano dicto candide uti) notavit Opusc. T. VI. Quem ego virum fortissimum lubentissime sequi ducem soleo, habent enim eius arma hoc cum armis illius herois antiqui commune, ut etiam medeantur, dum sauciant. Nihilominus tamen ipse non mirabitur, si in multis locis contumacem atque adeo refractarium militem me invenerit: caecum enim obtemperare liberali homine indignum.

Codices, quibus usus sum, sunt hi:

V 1., Venetus Cl. IX., Cod. VI. pergam. fol., saeculi XIV., non XV., ut voluit Morellius apud Wolfium Litt. Anal. III. p. 266. Continet Theogoniam, Scutum, Opera cum scholiis. Translatus est in bibliothecam Marcianam ex bibliotheca SS. Iohannis et Pauli. Contuli hunc codicem anno 1840. ad exemplar Hesiodi Gaisfordianum. Maxime memorabilis est propter *γηρύσασθαι*, quod v. 28. pro *μυθήσασθαι* praebet.

V 2., Venetus Bibl. S. Marci Cod. Gr. CCCCLXIV Arm. XCI. chart. bomb. quart. Continet Scutum, Theogoniam et Opera. Scriptus est manu Demetrii Triclinii annis 1316—1320. In fine enim Operum ipse scripsit haec Triclinius: *ἐγράφη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου τελειωθὲν ἐν μηνὶ αὐγούστῳ εἰκοστῇ ἡμ/γ/ ἔτους ςωκδ* Ad finem Theogoniae: *ἐτελειώθη τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς γραφὲν ἐμοῦ Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου ἐν*

μηνὶ νοεμβρίῳ κ΄ καὶ δεκάτῃ ἰνδ ιε̄ ἔτους ϛωκη΄. Ad scholia adscripsit haec: *αἱ ἐκλογαὶ αὗται αἱ ἅπασαι ἐξηγήσεως τοῦ Τζέτζου τε καὶ Πρόκλου παρ᾽ ἐμοῦ εἰσὶν ἐκλεγεῖσαι Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου.* Hunc codicem contuli anno 1828. ad exemplar L. Dindorfii.

Vat. 1. Vaticanus N. 1409., octonis, saeculi XIV., ut videtur, continet Theogoniam. Contuli anno 1828. ad exemplar Dindorf. Cum hoc ne confundas Vat. in Operibus: huius enim lectiones recepi e Lanzii editione, qui notavit: Vat. 12.

Vat. 2., Vaticanus N. 38. octonis, bomb. saeculi XIV., quo continentur praeter Hesiodi Opera et Dies *Πρόκλου Διαδόχου σχόλια εἰς τὰ ἔργα καὶ ἡμέρας τοῦ ἡσιόδου, Πυθαγόρου χρύσεα ἔπη, γένος καὶ βίος ὀππιανοῦ, τῶν ὀππιανοῦ ἁλιευτικῶν βιβλίων ὑποθέσεις — ὀππιανοῦ ἁλιευτικὰ μετὰ σχολίων, Θεοκρ., Ἀριστοφάνους πλοῦτος καὶ νεφέλαι, Θεοκρίτου φαρμ., αἰσχίνης ἢ θυώνυχος, χάριτες ἢ ἱέρων.* Contulerat hunc ad editionem Weigelianam (secuta haec est Brunckium) et ad edit. Boissonadii in iis versibus, quos Brunckius eliminarat, Aemilius Braunius, amicus meus.

Taur., Taurinensis B. III, 16. Continet Theogoniam, sacc. XV. Contuli ad exempl. L. Dindorfii anno 1828.

M1., Mediceus in bibl. Laurentiana Plut. XXXI. Cod. 20. chartaceus. Continet Theogoniam et Scutum.

M2., Mediceus in bibl. Laur. Plut. XXXI., Cod. 32. membr., saeculi XIV. Continet Theogoniam usque ad v. 577. et Scutum.

M3., Mediceus in bibl. Laur. Plut. XXXII, 16., saeculi XII. Francisci Philelphi olim erat, emptus Constantinopoli anno MCCCCXXIII. Continet praeter Hesiodi Theogoniam et Scutum Nonni Dionysiaca, Theocritum, Apollonium Rhodium. Hos tres anno 1840. contuli ad exemplar Gaisfordianum. Recepi autem octo codicum, quos descripsi, lectiones integras.

Praeterea trium codicum Vaticanorum varias lectiones ex Theogonia usque ad vs. 403. ad exemplar Weigelianum enotatas mecum communicavit Aemilius Braunius, quas hoc loco adscribam.

f., Cod. Vat. 1948. chart. sacc. XV. In fronte legitur: *Φουλβίου τοῦ οὐρσίνου δῶρον νικολάου τοῦ μαιοράνου.*

O., Cod. Vat. 915.

V., Cod. Vat. 1332., bomb. sacc. XIV. ex libris Fulvii Ursini. Continet Theogoniam et Opera et Dies.

V. 5. *Τερμησσοῖο* f. O. V. 6. *ὀλμιοιοῦ* f. 7. *ἐν Ἑλικῶνι* f. 8. *ἡμερόεντας* O. 11. *αἰγίοχόν τε* f. O. 15. *Ποσειδάονα* f. O. 18. om. f. O. V. 19. *ἠδὲ* f. *ἀγκυλομήτιν* f. 20. *ἠώ τ' ἠέλιόν τε μέγαν λαμπράντε τε σελήνην Γαῖάν τε ὠκέανόν τε μέγαν· καὶ νύκτα μέλαιναν* f. O. V. 22. *νή* f. 24. *τὸν δέ με* f. *ἔειπον* f. V. 28. *ἂν ἐθέλωμεν* V. 29. *μούσαι* f. *Διὸς μεγάλου* V. 30. *ἔδων* f. *ἕλον* V. 31. *δρέψασθαι* f. O. *θειητὸν* f. 31. *ἵνα* O. V. 33. *κέλλονθ'* V. 40. *στόματος* V. *γελᾶτε* f. 42. *βάρη* f. 43. *δώματ'* f. V. 45. *τε καὶ* f. *ἔτικτε* f. *ἔτικτεν* O. V. 46. *γένοντο* f. *δ^{ω}οτῆρες* sic. V. 48. *λήγουσι* f. 49. *φέρτερός τε* f. *φέρτερος* O. *κάρτεϊ* O. 50. *αὖτις* f. O. *αὖ^{τ}θις* sic. V. *καρτερῶν* O. 58. *ἔην ἐνιαυτός* f. O. 61. *μέλεται* f. 64. *χάριτες καὶ* f. 66. *καλὰ^{κεδνὰ}* sic. O. 66. 67. ad marg. add. rec. m. f. 70. *ἐροτός* f. 73. *κράτεϊ δ' ἕκαστα* f. *ἕκα^{α}στον* sic. V. 74. *ἀθανάτ^{ων}οιο* sic. V. 79. *ἀπασάων* O. 82. *ἐπίδωσι* V. 83. *ἀοιδήν* f. *ἀοιδήν^{ἐέρσην}* sic. O. 87. *ἐπιστάμενον* f. *κατέπαυσεν* O. 89. *τελεῦσιν* f. 93. 94. *ἱερὴ δόσις ἀνθρώποισιν. ἐκ γὰρ Μουσάων* om. f. 94. *γάρ τοι* O. 97. *φιλῶνται* O. V. *δέοί* V. 99. *ἀτὰρ* V. 101. *ὑμνήσει* f. O. V. 102. *δυςφονέων* f. *δυςφρονάων* O. *δυςφροσυνέων* V. 107. *τε δνοφερῆς* f. O. *Νυκτὸς δνοφερῆς* V. 111. *δοτῆρες* O. *δ^{ο}ωτῆρες* sic. V. 115. *εἴποθ'* V. 116. *γένετο* V. 117. *Γαῖα* f. *Γαῖα δὲ* V. 120. *Ἔρ^{ο}ως* sic. V. 122. *δάμνατε* O. 123. *ἐγένετο* V. 125. *κισσαμένη* f. 127. *καλύπτη* O. 128. *θεοῖσιν* f. 130. *Νυμφάων* f. O. 131. *ἠδὲ* V. *κ' ἀτρύγετον* f. *ἐν οἴδματι* O. *θύων* f. O. 133. *δ' εὐνηθεῖσα* V. 134. *Ἰαπετόν τε* f. 137. *ἀγκυλομήτις* f. 140. *τ' ἀστερόπην* V. *Ἄρπην* f. *ὀμβριμόθυμον* V. 141. *ἔδωκαν* V. 142. *δ' ἦτοι* O. 143. *μέσῳ* O. *ἐνέκειτο* f. O. 144. *οὔνομ' ἀησαν* f. 145. *κυκλοτερεῖς* O. 146. *ἰδὲ* O. 148. *ὄμβριμοι* f. O. V. 149. *Βριαρώς τε* f. 151. *δ' ἑκάστῳ* f. O. V. 157. *ἀνίησκε* f. O. V. 158. *ἐπιτέρπετο* O. 159. *ἡ δ'* om. f. *στεναχίζετο* O. 162. *τεῦξαι* f. 164. *κε* V. 165. *πείθεσθε* V. *δὲ* V. 167. *δὲ ἄρα* f. *ἕλε* f. O. V. 168. *μέγα* O. 169. *αὖθις* f. *προσηύδατο* f. 170. *γεν* O. *γ'* om. V. *τελέσοιμι* f. 171. *πατέρος* f. O. 173. *γήθησε* f. O. V. 175. *ἄρπην* f. *καρκαρόδοντα* f. 176. *Γαίην* f. 177. *ἐπανῖσθη* sic. f. 178. *λοχοῖο* V. *λοχιοῖο* f. *ἐδέξατο* f. *ὀρέξατο* O. 179. *ἔλαβεν* f. O. V. *ἄρπην* f. 180. *καρκαρόδοντα* f. 181. *ἐσσύμενος* f. *ἔριψε* V. 184. *δ'* om. V. 185. *γείνατο* V. *Ἐριννῦς κρατερὰς* f. *δ' Ἐριννῦς* V. 187. *τ'* f. *δ'* O. 188. *δ'* f. O. *τὰ πρῶτα* f. 189. *κάμβαλ'* f. O.

ἠπείρου V. 190. πολὺν f. O. V. 193. ἔπλετο f. O. 195. ὑπαὶ f. δ' om. f. 198. αὐτὰρ V. 199. Κυπρογένεια V. ὅττε f. γένto om. f. πόντῳ V. 200. φιλομηδέα f. O. ὅτ' αὖ f. 201. Ἔρως V. 202. τ' om. f. 204. ἀνθρώποισι f. 205. τ' om. f. μειδήματ' ἐξαπάτας τε V. 206. φιλότητα μειλιχίην τε f. 207. τὸν O. ἐπίκλησιν καλέεσκε Τιτῆνας f. καλέεσκε f. V. 208. νεικέων O. V. post 210. ἐκ παιδός περ ἑοῦ. ὧς γὰρ πεπρωμένον ἐστὶ O. 211. καὶ Μόρον V. Μόρον Κῆρα V. 212. ἔτικτε δὲ om. O. φῦλον sic O. 214. ἀλγεινόεσσαν O. V. 216. καρπῶν f. 217. γείνατο V. νηλεοποίνας V. 218. βροτοῖσιν f. 220. θεῶν τε om. O. παραβασίας O. 222. πρὶν ἀπὸ f. τῷ om. V. 225. κρατέροθ. V. 226. ἀλγεινόεντα O. 227. Λήθην Λοιμόν f. 228. Μάχας Φόνους τε V. v. 228. ante 227. f. 229. ψεύδεα O. V. Λόγους Ἀμφι om. V. Ἀντιλογίας f. 230. ἀλλοίλοισιν f. ἀλλήλησιν O. V. 235. ἐστι καὶ V. θεμιστίων f. 238. σμιγόμενος V. 239. ἀδάμαντας V. 240. μεγήριτα f. 243. πρωτώ τ' f. V. 245. Κυμοθόη τε f. ἠρόεσσα f. 247. ante 246. V. 249. Νησαίη καὶ V. Πρωτομήδεια V. 254. ῥεῖα τε πραΰνει V. 255. τ' εὐστ. V. 256. Φιλομμειδής τε f. Φιλομειδής τε V. 257. τε om. 259. φυή τ' f. 260. Μενείππη f. 261. Θεμιστή f. 268. ἔσσονται f. 270. καλλιπαρῄας V. 272. τ' ἐρχόμενοι ἀνθ. V. 273. Ἐννυώ V. 277. ἄγηρως f. V. 279. εἰαρινοῖσιν V. 280. ἀπεδηροτόμησεν f. 281. χρυσάορ V. 282. παρὰ V. 283. ἔχων f. V. φρεσσὶ f. V. 287. χρυσάορ V. τρικέφαλον f. V. 288. Καλιῤῥόη f. κούρῃ om. f. V. κλειτοῦ f. V. 289—292. om. f. 290. ἐν V. 291. περὶ V. 293. Ὄρθρην V. 294. ἠρόεντι f. 295. ἐοικὼς f. 297. καρτερόφρων f. 301. 302. transp. post v. 305. f. V. 301. λυγρὰ V. 302. ἀγήνορος V. 306. φησι V. 307. ὑβριστὴν ἄνομον f. ἄνομον (ε supra) sic. V. 309. Ὄρθον f. V. 312. πεντηκοντακέφαλον f. V. ἀναδέα κρατερόν f. V. 314. Λερνέην f. Ἥρα f. 323. ὄπισθε δράκων f. V. 326. ἡ δ σφιγγ' sic. f. σφίγκ' V. 327. Ὄρθῳ V. 328. κυδνὴ f. 329. πῆμα f. 330. ἐλεφέρετο f. ἐλεφήρετο V. 331. Ἀπέσσαντος f. V. 334. ἐρεννῆς f. 336. τοῦτο (ω supra) sic. V. Κητοῦς ἄτε V. τε καὶ ἐκ f. Φόρμυνος V. 339. post 341. f. 340. om. f. 342. Γρηνιείον f. Ἄσωπον f. 343. εὐρείτην V. 346. ἱερῶν f. 347. σὺν Ἀπόλλωνι ἄνακτι V. 348. πέρι f. ἔχουσιν V. 351. Κλυμένη Ῥοδία V. 352. Κλυτίη τ' εἰδυῖα f. Πεισιθόη f. Πεισιθόη V. 353. Γαλαξώρη f. 354. Θόη καὶ f. εὐειδής τε f. 355. Κερκηῢς f. τη βοῶπις f. 358. τ' om. V. 359. Κρησηίς f. V. 361. ἀπασέων f. 370. ὅσοι περιν. f. ἂρ περιναιετάουσι V. 373. ἔχουσιν f. 374. ὑπο-

δμηθεῖσα f. V. 375. τέκεν ἐν V. 377. μετέπρεπε V. 379. λαιψηροκέλευθον f. 380. θεὰ θεῷ f. V. 383. δ' ἔτεκεν f. δ' ἔτεκ V. θυγάτηρ om. V. [θυγάτηρ glossa V.] 381. πολύσφυρον f. 387. ὅποι f. 391. ἐκάλεσε f. 395. ἔφατ' f. ἔφθ' V. 396. ἐπιβησαίμεν f. ἔστιν f. 398. σφῖσι V. 399. δέδωκεν f. V. 400. ὅρκον f. 403. ἐξετέλεσ' f.

G. Hic codex, qui Hesiodi ἔργα καὶ ἡμέρας continet, octon. maior., membr., asservatur in bibliotheca Vadiana San-Gallensium n. F. 14. Varietatem lectionis benigne mecum communicavit Hermannus Fischerus, gymnasii Hilperhusani professor meritissimus.

MS. incert. est varietas lectionis codicis nescio cuius, enotata ab antiqua manu in margine exemplaris editionis Hesiodi Aldinae in bibliotheca universitatis Ienensis asservati.

Ceterorum codicum lectiones, si opus videbatur, partim ex apparatu Gaisfordii, partim ex editione Operum a Lanzio facta recepi pro ratione editionis.

Par. in Theogonia et Scuto est Parisiensis 2708. Qui si in Scuto eandem habet cum P2. lectionem, notatur P1. In Operibus est Paris. 2771.

P2. Parisiensis 2763. ap. editor. Gaisfordiani Hesiodi Lips. T. I. p. 170.

Bar. Codd. Barocc. in Theog. 109., in Oper. et Dieb. 46. 60. 109. apud Robins.

R. seu RS. Codex Regiae Societatis apud Robins.

Med. est collatio codicis Medicei inter libros Dorvillianos servata apud Gaisfordium.

Med. 5. in Operibus est codex saeculi XI., Mediceus apud Lanzium.

Em. „Codex recentissimus et mendosissimus, licet optimarum lectionum vestigia subinde exhibeat, in bibliotheca coll. Emmanuel. Cantabrigiae servatus." GAISF.

Harl. codex Harleianus apud Robinsonum.

Vit. Est Vitebergensis, collatus ab Hermanno. In Scuto lectiones aliquot publici sunt factae iuris ab eodem Hermanno in censura Scuti ab Heinrichio editi.

Pal. MS. Palat. apud Commelinum.

Rehd. Cod. Rehdigerianus apud Heinrich. et Marckscheffel.

Gal. „Codex Galeanus in coll. SS. Trinitatis Cantabrigiae servatus." GAISF.

Amb. Est Ambrosianus apud Lanzium.

Flor. } Sunt Florentini et Neapolitani nescio qui a Len-
Neap. } nepio collati apud Boissonadum.

Editionum vero notae sunt hae:

A. Est Aldina. Venet. 1495. fol. Usus sum exemplari in fine mutilo. Haec est Theogoniae et Scuti prima editio. Non satis accurate Schoellius Litt. Gr. T. I. p. 134. ed. Germ. editionem Mediolanensem anni 1493. dicit omnium Hesiodi carminum esse. V. Renouard: Annales de l'imprimerie des Alde. T. I. p. 11. edit. II.

It. 1. 2. sunt Iuntinae ann. 1515 et 1540. Haec altera fere expressa videtur ad exemplar Aldinum.

Tr. Hesiodus cum scholiis. Venetiis in aedibus Bartholomaei Zanetti Casterzagensis aere vero et diligentia Io. Francisci Trincaveli. MDXXXVII. 4.; cf. Wolf. Anal. litt. III. p. 263.

St. Poetae Graeci principes heroici editi ab Henrico Stephano 1566. fol. Steph. m. sunt variae e codicibus lectiones ab Henrico Stephano in margine enotatae. De his lectionibus Muetzellius p. 30: „Castigandus hoc loco est egregius Goettlingii error tradentis varias e codicibus lectiones ab H. Stephano in margine fuisse enotatas." (Sed τραγικωτέρως etiam p. 71: „Temerarius enim est Goettlingii error lectionem alicuius codicis a Stephano prolatam hic esse iudicantis.") Tam tragico fastu perstringendus erat Gaisfordius protagonista, cum quo ego erravi deuteragonista, si modo erravi. Nam quis facile putabit H. Stephanum, doctissimum virum, ad Theog. 1013. suum γρ. Ἀμύμονά τε κρατερόν τε petiisse ex Latina interpretatione? Et si hoc statueris, quod nemo facile statuet, qui Stephanum noverit, unde idem Stephanus ad Scut. 358. suum γρ. νῴγε? Putabimusne virum diligentissimum sic pro arbitrio correxisse ex Tr. νώγε? Utor autem hoc exemplo imprimis eam ob causam, ut errorem typographicum p. 147. commissum corrigam; scribendum est enim: νῶϊ] νῴγε St. marg., νώγε V 2.

Gr. Editio Ioannis Clerici, cum lectionibus Hesiodeis Ioh. G. Graevii. Amstelod. 1701.

Loesn. Hesiodus ex recensione I. Robinsoni curante Loesnero. Lips. 1778. 8.

Gaisf. Poetae minores Graeci, praecipua lectionis varietate et indicibus locupletissimis instruxit Thomas Gaisford. Oxon. 1814 — 1820. Vol. I. IV. (Lips. T. I — III. 1823.) 8.

Boiss. Poetarum Graecorum sylloge cur. Io. Frideric. Boissonade T. XI. Paris. 1824. 12.

Wolf. et F. A. W. est Wolfii Theogoniae editio, Halae 1783. 8.

Heinr. Hesiodi Scutum Herculis cum grammaticorum scholiis Graecis emendavit C. F. Heinrich. Vratislav. 1802. 8.

Lanz. Hesiodi Opera et Dies. Opera con 50 codici riscontrata (da Luigi Lanzi). Firenze 1808. 4.

Spohn. Hesiodi Opera et Dies. Recensuit F. A. G. Spohn. Lips. 1819. 8.

Dind. Hesiodus cum brevi annotatione critica, edidit Lud. Dindorfius. Lips. 1825. 8.

Or. Hesiodi Theogonia — recognita ab I. C. Orellio. Tur. 1836. 4.

Bentleianarum coniecturarum [19]), quae subinde commemorantur, Fr. Iacobsio debetur notitia. Tam huic igitur viro doctissimo, cuius favorem inde ab adolescentia expertus grato semper colam animo, quam Rostio, amico meo, pro cura, quam libro meo impenderunt edendo, grates ago. H. Weissenbornio, viro doctissimo, qui bonas literas apud nos magna cum laude docet, debetur Index verborum, cuius fundus est Index Gaisfordianus, A. vero Straubelio, doctissimo viro, non tantum typographicus nitor, sed etiam animadversiones quaedam criticae, quas benevole mecum communicavit.

Dab. Ienae d. XXVII. Mart. MDCCCXXXXIII.

---

[19]) Adscriptae sunt margini exemplaris Poetarum heroicorum Stephani, et inde translatae manu Heynii in exempl. edit. Amstelod. 1701. F. I.

ΓΕΝΟΣ ΗΣΙΟΔΟΥ.

Ἡσίοδος σὺν τῷ ἀδελφῷ Πέρσῃ παῖς ἐγεγόνει Δίου καὶ Πυκιμήδης, Κυμαίων Αἰολέων, πενήτων ἀνθρώπων, οἳ διὰ τὸ ἄπορον καὶ τὰ χρέα τὴν ἑαυτῶν πατρίδα Κύμην ἀφέντες μεταναστεύουσιν ἐπὶ τὴν Ἄσκρην, χωρίον τῶν Βοιωτῶν δυσχείμερον καὶ κακοθέρειον, περὶ τοὺς πόδας κειμένην τοῦ Ἑλικῶνος, κἀκεῖ κατοικοῦσι. τοιαύτῃ δὲ πενίᾳ τῶν ἀνθρώπων συνεσχημένων, συνέβη τὸν Ἡσίοδον τοῦτον πρόβατα ἐν τῷ Ἑλικῶνι ποιμαίνειν. φασὶ δὲ ὡς ἐννέα τινὲς ἐλθοῦσαι γυναῖκες καὶ δρεψάμεναι κλῶνας ἐκ δάφνης Ἑλικωνίτιδος αὐτὸν ἐπεσίτισαν, καὶ οὕτω σοφίας καὶ ποιητικῆς ἐμπεφόρητο. ἀλλὰ τὰ μέχρι μὲν τούτων ἀτρεκῆ τε καὶ ἀληθέστατα ὅτι παῖς ὁ Ἡσίοδος Δίου καὶ Πυκιμήδης, καὶ ὡς κατὰ τὸν Ἑλικῶνα ἐποίμανε· τὰ δ' ἐντεῦθεν μεμυθηγόρηται καὶ ἀλληγορικώτερον λέλεκται. ἢ γὰρ ἐν τῷ ποιμαίνειν περὶ τὸν Ἑλικῶνα ἐνόμευε καὶ καθευδήσας ὁ Ἡσίοδος ὄναρ εἶδεν

V. 5. περὶ] Sic Vat. Vulgo παρά.
V. 9. Vat. Neap. 54. Μοῦσαι γυναῖκες.
V. 10. ἐκ abest a Neap.
V. 12. ἀτρεκῆ τε] Sic Vat. Vulgo νητρεκῆ sine τε. Paulo post ὁ Ἡσίοδος scripsi cum eodem. Articulus vulgo abest.

ἐννέα γυναῖκας δάφνας αὐτῷ ψωμιζούσας. ἐδήλου δὲ τὸ ὄναρ πάντως ὡς πικρίας καὶ πόνων μετεσχηκὼς τῆς παιδεύσεως ἀειθαλῆ γεννήσει ποιήματα· ταῦτα τοίνυν ὁ Ἡσίοδος ἢ ὄψει ὀνείρων τεθεαμένος καὶ διυπνισθεὶς καὶ τὸ ποιμαίνειν ἀφεὶς καὶ πόνοις ἑαυτὸν ἐνδοὺς καὶ μαθήμασι τὴν τῶν ὀνείρων ἐπίλυσιν ἐξεπέρανεν, ἢ περὶ τὸν Ἑλικῶνα ποιμαίνων ἐγρηγορὼς καὶ ἄϋπνος ὢν σύννους τε πρὸς ἑαυτὸν γεγονὼς καὶ πρέποντα νοῦν ἐσχηκὼς ἀποδιδράσκει μὲν τὸ εὐτελὲς καὶ ποιμενικὸν καὶ σκληρόβιον καὶ προσδραμὼν τῇ παιδεύσει καὶ πόνοις ἐγκαρτερήσας μεγάλην καρποῦται τὴν εὔκλειαν, καὶ βίβλους τοσαύτας ἐξεπονήσατο, ἃς ἐγὼ Μουσῶν τε καὶ γνώσεως ἐπίσταμαι ψώμισμα καὶ δάφνας λάλους Ἑλικωνίτιδας, ἑλισσομένας ἁπανταχοῦ καὶ θαλλούσας καὶ κηρυττούσας τὸν πρὶν μὲν οἰκτρόβιον καὶ ἀφανῆ νομέα ποιμνίων, νῦν δὲ ἡμίθεον χρηματίσαντα δι' ἀρετῆς καὶ παιδεύσεως. ὥςπερ καὶ ὁ Σωφρονίσκου Σωκράτης ὁ λιθοξόος, καὶ ὁ ἰχθυοπώλης Δημάδης, καὶ ὁ τῆς τυμπανιστρίας Αἰσχίνης, Σίμων τε ὁ σκυτεύς, καὶ ὁ λαχανεὺς Εὐριπίδης, ἔτι τε ὁ Σκύθης Ἀνάχαρσις, καὶ ἄμφω τὼ δούλω Αἴσωπος καὶ Ἐπίκτητος, καὶ ὁ Σύρος ῥήτωρ ὁ Λουκιανὸς ὁ λιθοξόος τε καὶ ἡμίδουλος, καὶ οἱ λοιποί, (ὥςπερ καὶ παρ' ἡμῖν ὁ χρυσογνώμων ἐκεῖνος Σωτήριχος καὶ ὁ νῦν περιὼν τῆς Νικομήδους οἰνοπράτης ἀρχιερεύς, ὃς οὐδὲ νῦν ἐθέλει τοῦ πιθεῶνος ἐξίστασθαι, ἀλλ' ἔτι τὸν οἶνον μιγνύει καὶ μεταβάλλει τοὺς ἀμφορεῖς). συνηκμακέναι δ' αὐτὸν οἱ μὲν Ὁμήρῳ φασίν, οἱ δὲ καὶ Ὁμήρου προγενέστερον εἶναι διισχυρίζονται. καὶ οἱ μὲν προγενέστερον εἶναι Ὁμήρου διισχυριζόμενοι ἐν ἀρχαῖς εἶναί φασι τῆς Ἀρχίππου ἀρχῆς, Ὅμηρον δὲ ἐν τῷ τέλει· ὁ δ' Ἄρχιππος οὗτος υἱὸς ἦν Ἀκάστου, ἄρξας Ἀθηναίων ἔτη λε΄· οἱ δὲ συγχρόνους αὐτοὺς εἶναι λέγοντες ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ Ἀμφιδάμαντος τοῦ βασιλέως Εὐβοίας φασὶν αὐτοὺς ἀγωνίσασθαι, καὶ νενικηκέναι Ἡσίοδον ἀγωνοθετοῦντος

V. 1. *αὐτῷ*] Sic Vat. Vulgo *αὐτόν*.
V. 13. *Ἑλικωνίτιδας*] Sic Vat. Vulgo *Ἑλικωνίτιδος*.
V. 24. Quem hic intellexerit nescio; *οἰνοπράτη* videtur taberna esse, nisi leg. *Νικομηδείας*, ut *οἰνοπράτης* sit nominativus.
V. 34. *νενικηκέναι*] Sic Vat. Vulgo *νενικηκότα*.

καὶ κρίνοντος Πανείδου τοῦ βασιλέως τοῦ ἀδελφοῦ Ἀμφιδάμαντος καὶ τῶν υἱῶν Ἀμφιδάμαντος Γανύκτορός τε καὶ τῶν λοιπῶν. ἐξηρωτηκέναι γὰρ αὐτοὺς πολλὰ πρὸς ἀλλήλους φασὶ δι' ἐπῶν αὐτοσχεδίων καὶ ἀποκρίνασθαι, καὶ πᾶσι τὸν Ὅμηρον τὰ πρωτεῖα λαμβάνειν· τέλος τοῦ βασιλέως Πανείδου εἰπόντος αὐτοῖς τὰ κάλλιστα τῶν ἑαυτῶν ἐπῶν ἀναλεξαμένους εἰπεῖν, Ὅμηρος μὲν ἄρχεται λέγειν τοῦτο τὸ χωρίον ἀπὸ πολλῶν ἐπῶν ἀρξάμενος ὄπισθεν·

ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ,
ψαῦον δ' ἱππόκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισι
νευόντων· ὣς πυκνοὶ ἐφέστασαν ἀλλήλοισι,

καὶ περαιτέρω τούτων. Ἡσίοδος δὲ τῶν

Πληϊάδων Ἀτλαγγενέων ἐπιτελλομενάων

ἀπάρχεται καὶ ὁμοίως Ὁμήρῳ προβαίνει μέχρι πολλοῦ τῶν ἐπῶν. καὶ πάλιν ἐπὶ τούτοις οἱ παρεστῶτες πάντες τῶν ἐλλογίμων καὶ στρατιωτῶν τὸν Ὅμηρον ἐστεφάνουν, ὁ δὲ Πανείδης ἔκρινε νικᾶν Ἡσίοδον ὡς εἰρήνην καὶ γεωργίαν διδάσκοντα καὶ οὐ καθάπερ Ὅμηρος πολέμους καὶ σφάγια. ἀλλὰ ταῦτα μέν εἰσι ληρήματα τῶν νεωτέρων καὶ πλάσεις τῶν πρὸς ἀλλήλους ἐρωτημάτων καὶ τῶν ἐξ Ὁμήρου παρεκβεβλημένων ἐπῶν καὶ ὑπ' ἐκείνου δῆθεν ῥηθέντων. Ὅμηρος γὰρ ὁ χρυσοῦς, ὡς ἐγῷμαι, μᾶλλον δὲ ἀκριβεστάτως ἐπίσταμαι, πολύ τε παλαιότερος Ἡσιόδου ὑπῆρχε, καὶ εἰ πρὸς τοὺς θρυλλουμένους ἐκείνους θεοὺς ἔριν ἐστήσατο λόγων, καὶ κατὰ τούτων ἂν τὰ πρωτεῖα καὶ τοὺς στεφάνους ἠνέγκατο. ἀλλ' ἴσως ὁ ἕτερος Ὅμηρος ἦν ὁ τῷ Ἡσιόδῳ ἰσόχρονος ὁ τοῦ Εὔφρονος παῖς ὁ Φωκεὺς ὁ καὶ τούτῳ τὴν ἔριν στησάμενος, κἂν τὰ ἔπη τοῦ θείου ἐκείνου ἀνδρὸς τῇ ὁμωνυμίᾳ πεπλανημένοι λέγειν τοῦτο ἐπλάσαντο. Ὅμηροι γὰρ πολ-

---

V. 1. Πανείδου] Al. Πανίδου. V. Cert. p. 315.
V. 15 seq. πολλοῦ τῶν] Sic V. Vulgo πολλῶν ἐπῶν.
V. 22. παρεκβεβλημένων] Sic V. Vulgo παραβεβλ.
V. 27 seq. ὁ ἕτερος] Sic Vat. Vulgo abest articulus.
V. 29. V. Suidas v. Τέρπανδρος.
V. 30. ἔπη] Adieci e Vat.

******

λοὶ γεγόνασιν ἕτεροι ζήλῳ τοῦ παλαιοῦ τὴν κλῆσιν λαμβάνοντες· καὶ γὰρ καὶ τοῦ Φωκέως Ὁμήρου τούτου ἕτερος ὑπάρχει νεώτερος Ὅμηρος. οὗτος ὁ νεώτερος Ὅμηρος ἦν παῖς Ἀνδρομάχου τῷ γένει Βυζάντιος ὁ τὴν Εὐρυπύλειαν ποιήσας. τὸν παλαιὸν δὲ Ὅμηρον Διονύσιος ὁ κυκλογράφος φησὶν ἐπ' ἀμφοτέρων ὑπάρχειν τῶν Θηβαϊκῶν στρατειῶν καὶ τῆς Ἰλίου ἁλώσεως. ἐκ τούτου οὖν λογίζομαι τοῦτον τοῦ Ἡσιόδου εἶναι τετρακοσίων ἐτῶν προγενέστερον. Ἀριστοτέλης γὰρ ὁ φιλόσοφος, μᾶλλον δὲ οἶμαι ὁ τοὺς πέπλους συντάξας, ἐν τῇ Ὀρχομενίων πολιτείᾳ Στησίχορον τὸν μελοποιὸν εἶναί φησιν υἱὸν Ἡσιόδου ἐκ τῆς Κλυμένης αὐτῷ γεννηθέντα τῆς Ἀμφιφάνους καὶ Γανύκτορος ἀδελφῆς, θυγατρὸς δὲ Φηγέως. ὁ δὲ Στησίχορος οὗτος σύγχρονος ἦν Πυθαγόρᾳ τῷ φιλοσόφῳ καὶ τῷ Ἀκραγαντίνῳ Φαλάριδι. Ἀστυπαλαιεὺς δ' ἦν τῷ γένει ὁ Φάλαρις, ὥς αὐτός φησιν ἐπιστολαῖς ταῖς αὐτοῦ, τύραννος δὲ Ἀκραγαντίνων. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀκριβολογησάμενος Ἀκραγαντῖνον ἐκάλεσα τῇ κοινῇ συνηθείᾳ χρώμενος· ἡ δὲ Ἀστυπάλη πόλις τῆς Σάμου ἐστίν. οἱ δὲ Ὁμήρου τετρακοσίοις ὑστερίζοντα ἔτεσι, καθά φησι καὶ Ἡρόδοτος. συνεγράψατο δὲ ὁ τοιοῦτος Ἡσίοδος βίβλους ἑκκαίδεκα, Ὅμηρος δὲ ὁ παλαιὸς ιγ'. τελευτᾷ δὲ ὁ Ἡσίοδος ἐν Λοκρίδι τοιουτοτρόπως. μετὰ τὴν νίκην ἣν αὐτὸν νενικηκέναι φασὶν ἐπὶ τῇ τελευτῇ Ἀμφιδάμαντος εἰς Δελφοὺς ἐπορεύθη, καὶ ἐδόθη αὐτῷ οὑτοσὶ ὁ χρησμός·

ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ ὃς ἐμὸν δόμον ἀμφιπολεύει,
Ἡσίοδος, Μούσῃσι τετιμένος ἀθανάτῃσι·
τοῦ δή τοι κλέος ἔσται ὅσον τ' ἐπικίδναται Ἠώς.

V. 1. *παλαιοῦ*] Sic Vat. Vulgo *πάλαι*.
V. 5. *Εὐρυπολίαν* Vat.
V. 8. *τοῦ Ἡσιόδου*] Sic Vat. Vulgo *τὸν Ἡσίοδον*.
V. 9. *προγενέστερον*] Sic Vat. Vulgo *μεταγ*.
V. 12. *Κλυμένης*] est Wyttenbachii emendatio; v. Schol. ad Oper. 269. Vulgo *Κτημένης*.
V. 13. *ἀδελφῆς*] Vat. *ἀδελφοῦ*. — *Φηγέως*] *Φυγέως* Vat. Taur., *Θησέως* Neap., *Φυσέως* Palat. emend. ap. Neumann. Aristot. Polit. fragm. p. 144.
V. 20. *ὑστερίζοντα*] Sic Vat. Vulgo *ὑστέριζον*.

ἀλλὰ Διὸς πεφύλαξο Νεμείου κάλλιμον ἄλσος·
κεῖθι δέ τοι θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστίν.

ὁ δὲ τὴν ἐν Πελοποννήσῳ Νεμέαν φυγὼν ἐν Οἰνόῃ τῆς Λοκρίδος ὑπὸ Ἀμφιφάνους καὶ Γανύκτορος τῶν Φηγέως παίδων ἀναιρεῖται καὶ ῥίπτεται εἰς τὴν θάλασσαν, ὡς φθείρας τὴν ἀδελφὴν ἐκείνων Κλυμένην, ἐξ ἧς ἐγεννήθη Στησίχορος· ἐκαλεῖτο δὲ ἡ Οἰνόη Διὸς Νεμείου ἱερόν. μετὰ δὲ τρίτην ἡμέραν ὑπὸ δελφίνων πρὸς τὸν αἰγιαλὸν ἐξήχθη τὸ σῶμα μεταξὺ Λοκρίδος καὶ Εὐβοίας, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν Λοκροὶ ἐν Νεμέᾳ τῆς Οἰνόης. οἱ δὲ φονεῖς αὐτοῦ νηὸς ἐπιβάντες ἐπειρῶντο φυγεῖν, χειμῶνι δὲ διεφθάρησαν. Ὀρχομένιοι δὲ ὕστερον κατὰ χρησμὸν ἐνεγκόντες τὰ Ἡσιόδου ὀστᾶ θάπτουσιν ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐπέγραψαν τάδε·

Ἡσιόδου, τοῦ πλεῖστον ἐν ἀνθρώποις κλέος ἐστίν,
ἀνδρῶν κρινομένων ἐν βασάνοις σοφίης,
Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήϊος, ἀλλὰ θανόντος
ὀστέα πληξίππων γῆ Μινυῶν κατέχει.

ἐπέγραψε δὲ καὶ Πίνδαρος·

χαῖρε δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας,
Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

V. 2. *κεῖθι δέ τοι*] Vat. *καὶ γάρ τοι.* Scr. *καὶ γὰρ ἐκεῖ θ.*

V. 3. *Οἰνόῃ*] V. p. 322.

V. 9. *Εὐβοίας*] Sic etiam Certam. p. 323, 4., unde hausit scriptor. Sed in Certamine pro *ΕΥΒΟΙΑΣ* leg. *ΜΟΛΥΚΡΙΑΣ.*

V. 11. **αὐτοῦ**] Sic Vat. Vulgo **τούτου.**

V. 13. *ἀγορᾷ*] Si in foro Orchomeni sepultus Hesiodus est, non potest is tumulus pro Hesiodi sepulcro haberi, de quo Ulrichsius, vir doctissimus, loquitur (Iter in Graec. I. p. 193.). Mihi, quum ante hos tres annos Orchomeni essem, **πολυάνδριον** videbatur is tumulus esse.

V. 15. Sic codd.; Paus. Boeot. 38: **τοῦ πλεῖστον ἐν Ἑλλάδι κῦδος ὀρεῖται.** v. Buttm. Gr. Gr. II. p. 202.

V. 18. Sic Paus.; Vat. *πληξίππου Μινύης. Μινύης* (scr. *Μινυῆς*) etiam Vat. *Βοιωτοὶ πλήξιπποι* Scut. 24. *πλαξίππα Θήβα* Pindar. Ol. VI, 145 (85.). Totum versum in suum convertit usum Aristoteles (Br. Anal. I. p. 178.). Epigramma ab aliis tribuitur Mnasalcae Sicyonio (v. Br. Anal. I. p. 193.).

V. 15—18. Sic Vat. hos versus praebet. Vulgo 3. 4. 1. 2.

V. 20—21. V. de his versibus praefat. p. XII seq. In malam partem sumptum huc pertinet proverbium **δὶς παῖδες οἱ γέροντες.** V. Ast. ad Plat. Legg. p. 78.

V. 21. *μέτρα χέων* Br. Anal. II. p. 523. Nihil mutandum. Sic enim etiam is legit, qui epigramma fecit in tabula Iliaca: **ὄφρα δαεὶς πάσης μέτρον ἔχῃς σοφίας.**

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΕΙΣ ΗΣΙΟΔΟΝ.

I.

Ἑλλάδος εὐρυχόρου στέφανον καὶ κόσμον ἀοιδῆς
 Ἀσκραῖον γενεὴν Ἡσίοδον κατέχω.

II.

ΧΡΙΣΤΟΔΩΡΟΥ.

Ἡσίοδος δ' Ἀσκραῖος ὀρειάσιν εἴδετο Μούσαις
φθεγγόμενος, χαλκὸν δ' ἐβιάζετο θυιάδι λύσσῃ
ἔνθεον ἱμείρων ἀνάγειν μέλος.

III.

ΑΛΚΑΙΟΥ ΜΕΣΣΗΝΙΟΥ.

Λοκρίδος ἐν νέμεϊ σκιερῷ νέκυν Ἡσιόδοιο
 Νύμφαι κρηνιάδων λοῦσαν ἀπὸ σφετέρων,
καὶ τάφον ὑψώσαντο· γάλακτι δὲ ποιμένες αἰγῶν
 ἔῤῥαναν, ξανθῷ μιξάμενοι μέλιτι.
τοίην γὰρ καὶ γῆρυν ἀπέπνεεν, ἐννέα Μουσῶν
 ὁ πρέσβυς καθαρῶν γευσάμενος λιβάδων.

ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ᾽ ἀείδειν,
αἵθ᾽ Ἑλικῶνος ἔχουσιν ὄρος μέγα τε ζάθεόν τε,
καί τε περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ᾽ ἁπαλοῖσιν
ὀρχεῦνται καὶ βωμὸν ἐρισθενέος Κρονίωνος·
[καί τε λοεσσάμεναι τέρενα χρόα Τερμησσοῖο,

V. 3 seq. V. Lucian. de saltat. 24.; pro *ὀρχεῦνται* Et. Magn. p. 604. memoriter ex v. 5. *λούσαντο.*
V. 3. *καί τ᾽ ἐπὶ* V1.
V. 4. *ὀρχοῦνται* M2., *ἐρισθενέως* M1.
V. 5. *Τερμησσοῖο*] Sic Vat. Taur. M1.2. Rh. cum Zenodoto. M3. *Παρνησοῖο.* Ceteri *Περμησσοῖο*, quod legisse videtur Nicander Ther. 12. Practerea nolui *Τερμησοῖο* scribere, quanquam id praebebant M2. Rh., Hermanni iudicium secutus ad Soph. O. C. 693.

V. 1. *Ἑλικωνιάδων*] V. Pausan. IX, 29. Ceterum hunc versum Hesiodi cum Homeri celebratissimis prooemiis componit Leonidas Alex. XXIII, (Brunck. Anal. II. p. 194): *Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ᾽ ἀείδειν Ἔγραφε ποιμαίνων, ὡς λόγος, Ἡσίοδος.*
V. 3. *κρήνην ἰοειδέα*] Aganippen puta, quae est filia Termessi. Pausan. Boeot. 29: *Ἐν Ἑλικῶνι δὲ πρὸς τὸ ἄλσος ἰόντι τῶν Μουσῶν ἐν ἀριστερᾷ μὲν ἡ Ἀγανίππη πηγή. Θυγατέρα δὲ εἶναι τὴν Ἀγανίππην τοῦ Τερμησσοῦ λέγουσι.* Hic ab editoribus contra codicum auctoritatem mutata lectio est scriptumque *Περμησσοῦ*, quum videatur perspicuum esse partem eam Heliconis, quae versus Ascram vergit, Permessum dici, Termessum fluvium esse. De significatione adiectivi *ἰοειδής* v. Passov. ad Pers. prol. 2.

V. 4. *Κρονίωνος*] De hac ara nihil apud antiquos scriptores reperio, sed in nemore Musarum non defuisse aram patris Musarum admodum probabile est.

V. 5. *Τερμησσοῖο*]. Krusius Hellad. II. p. 481. Whe-

ἢ Ἵππου κρήνης, ἢ Ὀλμειοῦ ζαθέοιο,
ἀκροτάτῳ Ἑλικῶνι χοροὺς ἐνεποιήσαντο,
καλούς, ἱμερόεντας· ἐπεῤῥώσαντο δὲ ποσσίν.]
ἔνθεν ἀπορνύμεναι, κεκαλυμμέναι ἠέρι πολλῇ,
ἐννύχιαι στεῖχον περικαλλέα ὄσσαν ἱεῖσαι,
ὑμνεῦσαι Δία τ' αἰγίοχον καὶ πότνιαν Ἥρην,

V. 6. *Ἵππου κρήνης*] Sic Ml. Taur. V2. Par. Vulgo *Ἱππουκρήνης*.

V. 7. *ἐνεποιήσαντο*] Heynius ad Il. XXIV, 616. inconsiderate *ἔνι ποιήσαντο*.

V. 5 — 8. Hi versus, quos noverat Lucian. adv. indoct. 3., sane alius videntur recensionis esse pro versibus 3. 4. Nam neque aoristi *ἐνεποιήσαντο*, *ἐπεῤῥώσαντο* satis commode hic sequuntur praesens *ὀρχεῦνται* neque in simplici narratione, qua hic Hesiodus usus esse videtur, *καί τε* particulae (v. 5.) apte adiiciuntur particulis eisdem (v. 3.), quibus quid soleat a Musis fieri indicatur, non quid semel factum sit; neque consentanea est narratio Musas primum saltasse circa Aganippen, deinde, lavacro sumpto in Termesso, iterum in summo Helicone choreas duxisse. Diversam porro ab hac recensionem exstitisse, quae ita haberet: *καί τε λοεσσάμεναι χρόα καλὸν πόσσ' ἁπαλοῖσιν ὀρχεῦνται περὶ βωμὸν κτἑ.* ex Scholiastae verbis patere videtur.

V. 9. *πολλῇ*] Vat. Ml. 2. *πολλῷ*.

lerum secutus Permessum a Termesso ita distinguit, ut illum in Copaidem, hunc in sinum Crissaeum aquas suas emittere dicat. Mihi vero Permessus recentioribus temporibus pro Termesso male dictus esse videtur; nam est quasi *τέρμων* Heliconis vel hunc *τερμίζων* [a tali enim verbo licebit derivare]. V. Pausan. Boeot. 29. Quae circumfertur diversa forma *Τελμισσός* (v. interpr. ad Orph. A. 121.), ea facile ex affinitate vocabulorum *τέρμα* et *τέλος* explicatur.

V. 6. *Ἵππου κρήνης*] Non, ut scribitur *Ἑλλήσποντος*, *Ἡλιούπολις*, ita dicitur *Ἱππουκρήνη*. V. Callim. Lav. Pall. 71: *Ἵππω ἐπὶ κράνᾳ*. Arat. Phaen. 216. 220. Quod vero equus est sacrum poetarum animal, eius rei causam non satis explicasse mihi videntur mythologi. Causa est in rhythmico equorum incessu, cuius rationem pulcre post Ennium intellexit Virgilius in illo: quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum. Vides igitur eos, qui a Pindaro inde alis instruxerunt Pegasum, is ut altiorem animi volatum significaret, parum perspexisse huius numinis naturam. V. Vossium epp. myth. I. p. 247. Quod si Pegasus ungula sua aperuit fontem Musarum, nihil hac fabula docetur, quam priorem poesi fuisse rhythmum. — *Ὀλμειοῦ*] Verior forma *Ὀλμειὸς* esse videtur, ut viderunt Hemsterhusius, Prideaux Marm. Oxon. p. 98. et Müller Orchom. p. 54. et ita Statius Theb. VII, 284: canoris et felix Holmie vadis, ex emend. Hemsterhus. Sed *Ὀλμειὸς* ab Aeolibus *ψιλωταῖς* dicebatur atque sic h. l. legisse Lucianum adv. ind. 3. patet. Similiter a

[Ἀργείην, χρυσέοισι πεδίλοις ἐμβεβαυῖαν,]
κούρην τ' αἰγιόχοιο Διὸς γλαυκῶπιν Ἀθήνην,
Φοῖβόν τ' Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν,
ἠδὲ Ποσειδάωνα γεήοχον, ἐννοσίγαιον,
καὶ Θέμιν αἰδοίην, ἑλικοβλέφαρόν τ' Ἀφροδίτην,
Ἥβην τε χρυσοστέφανον καλήν τε Διώνην,

V. 10. *περικαλέα — λεῖσαι* M1.

V. 12. Hic versus mihi adiectus esse videtur posteriore tempore. Nam epithetum Iunonis ab Argis derivatum, quanquam admodum vulgare, hic omnino abesse debuit, quum non quibus locis singuli dii praecipue colerentur dicendum esset, sed universum quasi et commune cunctis Graecis systema mythologicum pastoribus tradendum. Longe alia est ratio vv. 196 sqq.

V. 15. Vulgo *Ποσειδάωνα γαιήοχον*, pro quo ego in editione priore, probante Herm., scripseram *Ποσειδάω γαιήοχον*, ne *αι* syllaba corriperetur. Nam brevis quidem est *αι* diphthongus in *χαμαιεῦναι* apud Hom. Il. XVI, 235. Od. X, 243., sed in commissura duorum vocabulorum, *Αἰήτης* vero Orph. Arg. 1025. nimis recentis aetatis est, quam ut in censum venire possit. Verum, quod nunc recepi, est scriptura M3., sed antea iam ab Hermanno excogitata, a Boeckhio not. crit. in Pind. p. 424. probata. M2. *Ποσειδάονα.*

V. 17. *Ἥβην*] Plut. Conv. Qu. T. II. p. 747. F. *Ἥρην.*

Boeotis Aeolensibus oppidum *Ὄλμωνες* ad lacum Copaidem situm, in quem Olmius aquas suas emittit, leni spiritu proferebatur. Memoratur Olmius etiam a Strabone IX. p. 264: *καὶ ὁ Τερμησσὸς* [*Περμησσὸς* vulgo. F. I.] *καὶ ὁ Ὀλμειὸς ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος συμβάλλοντες ἀλλήλοις εἰς τὴν αὐτὴν ἐμπίπτουσι λίμνην τὴν Κωπαΐδα τοῦ Ἁλιάρτου πλησίον.* et a Nonno Dion. VII, 236: *Ἠ ῥόον Ὀλμειοῖο. Ὀλμειός* habet etiam Arcad. de acc. p. 44, 16. V. Iacobs ad Philostr. p. 705.

V. 10. **στεῖχον**] Hoc imperfectum fere subit aoristi significationem, quam exemplis quibusdam epicorum et tragicorum declaravit Hermannus de emend. rat. gr. Gr. p. 243. Eodem pertinet *ἴαλλον* Theog. 269. — **περικαλλέα ὄσσαν ἱεῖσαι**] Hom. Od. XII, 192: *ἱεῖσαι ὄπα κάλλιμον.* Ceterum vocabulum *ἐννύχιαι* indicio est apparuisse Hesiodo Musas per somnium. Quod recte animadvertit M. Aurelius imperator in epistola ad Frontonem I, 3: Transeo nunc ad Q. Ennium, quem tu ais ex somno et ex somnio initium sibi fecisse. — Hinc ad Hesiodum pastorem, quem dormientem poetam ais factum. At enim ego memini apud magistrum me legere: *ποιμένι μῆλα νέμοντι παρ' ἴχνιον ὀξέος ἵππου Ἡσιόδῳ Μουσέων ἑσμὸς ὅτ' ἠντίασεν. τὸ ὅτ' ἠντίασεν* vides quale sit, scilicet ambulanti obvias venisse Musas.

V. 15. **γεήοχον**] Hac forma vocabuli etiam Pindarus Ol. XIII, 78. usus est, ut demonstravit Boeckhius not. crit. p. 424. Videtur igitur Boeotorum fuisse propria.

Ἠῶ τ' Ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπρήν τε Σελήνην,
Λητώ τ' Ἰαπετόν τε, ἰδὲ Κρόνον ἀγκυλομήτην,
Γαῖάν τ' Ὠκεανόν τε μέγαν, καὶ Νύκτα μέλαιναν,
ἄλλων τ' ἀθανάτων ἱερὸν γένος αἰὲν ἐόντων·
αἵ νύ ποθ' Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδήν,
ἄρνας ποιμαίνονθ' Ἑλικῶνος ὕπο ζαθέοιο.

V. 18 seq. Inverso ordine hi versus leguntur in Vat. Taur. Par. 1. 2. M2. Rh. V2., quos secutus erat Wolfius. Pro *λαμπράν* vulgato scripsi *λαμπρήν* (cf. v. 371.).

V. 19. *τ', ἠδὲ* pro *τε, ἰδὲ* correxit Bentl. — *ἀγκυλόμητιν* M2.

V. 20. *Γαῖαν δ'* M1.

V. 21. Post *ἐόντων* vulgo plene interpungitur.

V. 23. *ποιμένονθ'* M1.

V. 24. *ἔειπαν*] Sic V2. Ceteri *ἔειπον*. Illud, ut rarius,

V. 18. 19. Quum in quibusdam codicibus inverso ordine legantur hi versus, Hermannus indicio hoc esse putat posterius adiectum esse v. 18., sed in locum ineptum traiectum, quum debuisset post v. 20. legi. Mihi contrarium videtur. Nam propter similem exitum ultimarum syllabarum versuum 17. et 18. facile fieri potuit, ut ab altero versu ad alterum aberraret librarius, postea autem, intellecto errore, in marginem reiiceret versiculum, quem praeterierat. Hinc apparere mihi videtur iam antiquitus se excepisse versus 18. 19.

V. 18. *λαμπρήν*] Hermannus Opusc. VI. p. 153. constantem in libris lectionem *λαμπράν*, sustentatam etiam, ut videbatur, a Schol. Eur. Phoen. 175. et Apollon. IV, 54. praetulit. Idem sensit Schneidewinus (Exerc. crit. p. 41.), qui propter ρ cum π sociatum η fugisse opinatur epicos. Hoc altero argumento non moveor; nam epicos poetas, qui *λέπρην* (Maneth. Apot. V, 251.) et *λυπρήν* (Hom. Od. XIII, 243., Maneth. et Quint. Smyrn.) noluerunt evitare, et cur, amabo, evitassent? eos adeo *λαμπρή* fugisse quis putet atque imprimis Hesiodum, qui *Ἄσκρην* non *Ἄσκραν* municipium suum dixit? Codicum vero auctoritatem in eiusmodi rebus levissimam esse dico. Quapropter neque aliis a Schneidewino allatis exemplis neque duobus Manethonis locis (I, 304. IV, 204.), ubi *λαμπρά* librariorum vitio legitur, a sententia mea divellor. Nam *λαμπρήν* vere epica et Ionica forma praeter Solon. ap. Diog. Laert. Vit. Solon. 3. etiam Apollodotus usus est ap. Plutarch. (non posse suav. vivi sec. Epic. 11.) T. XIV. p. 100. Hutten. et Myrinus Anthol. Pal. VI, 108. *λαμπρῆς δῶρα θυηπολίης*.

V. 23. De caesura trochaica in quarto pede v. Herm. ad Orph. p. 694.

V. 24. *πρώτιστα*] Nempe priusquam divino poesis spiritu me afflarent, vitupero me perstrinxerunt propter desidiam pastoralem.

V. 26. *ποιμένες ἄγραυλοι — γαστέρες οἶον*] Hom. Il. XVIII, 162: *ὡς δ' ἀπὸ σώματος οὔτι λέοντ' αἴθωνα δύναν-ται Ποιμένες ἄγραυλοι μέγα πει-*

τόνδε δέ με πρώτιστα θεαὶ πρὸς μῦθον ἔειπαν,
Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο·
Ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον,
ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα,
ἴδμεν δ', εὖτ' ἐθέλωμεν, ἀληθέα μυθήσασθαι.
Ὣς ἔφασαν κοῦραι μεγάλου Διὸς ἀρτιέπειαι·

apud Hesiodum erat praeferendum. Sic apud Herodot. I, 120. omnes fere codices εἶπαν, unus εἶπον. Pro πρώτιστα Rh. πρῶτα.

V. 27. ἴσμεν Athenag. Leg. p. 28. Sylb.

V. 28. εὖτ'] Taur. V1. εὖτ' ἄν. Pro μυθήσασθαι V1. et auct. Schol. γηρύσασθαι.

V. 29. κοῦραι] κεῖναι M1. Rh., Μοῦσαι M2., in marg. γρ. κοῦραι. Nostrum habet etiam Et. M. v. ἀρτιέπειαι. — μεγάλου] V2. μεγάλαι, V1. Διὸς μεγάλου.

νάοντα δίεσθαι. Epimenides, quem Wolfius allegavit apud Paullum apostolum: Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Quem imitatus esse videtur Theocr. Id. XV, 50: ἀλλάλοις ὁμαλοί, κακὰ παίγνια, πάντες ἔλειοι. Sic scriptum oportuit; quid sit ἔλειοι, docebit Heliod. Aeth. I, 4. Similiter Hom. Il. V, 787: αἰδώς, Ἀργεῖοι, κάκ' ἐλέγχεα, εἶδος ἀγητοί. Ceterum videtur incertum esse, utrum ποιμένες sit nominativus an vocativus, quem praefert Hermannus. Sustentatur imitatione Timonis Phlias. IV. in Brunck. Anal. II. p. 68: σχέτλιοι ἄνθρωποι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον, ποίων ἔκ τ' ἐρίδων καὶ λεσχομάχων πεπλάνησθε; Quicquid statuatur, si additur ἴδμεν, idem id valet propter oppositionem necessariam, ac si dixisset ἡμεῖς δὲ Μοῦσαι ἴδμεν. Illud οἶον, quod adiectum est ab Hesiodo, sic legitur apud Aeschylum Ag. 130: οἶον μή τις ἄγα θεόθεν κνεφάσῃ προτυπὲν στόμιον μέγα Τροίας στρατωθέν, ubi non debebat sollicitari a Blomfieldo; nam οἶον etiam hic scriptum est in exemplaribus quibusdam, ut Tr. Pro οἶον Atticus scriptor dixisset ἄλλως, ut monuit Ruhnkenius, cuius annot. vide Tim. p. 199. — Quod dixit γαστέρες οἶον, i. e. μόνον (v. Hesychium v. γαστέρες οἶον) vel αὐτὸ μόνον, deinde aliter ab aliis etiam dictum est, ut ab Eubulo ap. Athen. p. 417. E. ὅλους τραχήλους. Cf. Valcken. ad Callim. fragm. el. p. 26 seq. — Ex hac Hesiodi compellatione patet recentiorem esse fabulam Hesiodo, quae Iovem sub forma pastoris cum Mnemosyne concubuisse narrat. Cf. ad v. 54. — Scholiasta: Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος λείπειν τὸν πρῶτον στίχον φησίν· οὐ λείπει δέ, ἀλλ' ἔστι ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον. Igitur aut deerat hic versus in quibusdam exemplaribus antiquis, quae Hermanni fuisse sententia videtur (v. ei. praef. ad hymn. Hom. p. XIII.), aut versus alius ante v. 26. deesse visus est Apollonio.

V. 27. ψεύδεα — ὁμοῖα] Cf. Hom. Od. XIX, 203. Theogn. 713: οὐδ' εἰ ψεύδεα μὲν ποιοῖς ἐτύμοισιν ὁμοῖα. Ceterum v. 27. ceteri poetae epici, qualis Homerus fuit, indicantur, v. 28. vero didactici, quorum familiam ipse Hesiodus ducit.

καί μοι σκῆπτρον ἔδον δάφνης ἐριθηλέος ὄζον
δρέψασθαι, θηητόν· ἐνέπνευσαν δέ μοι αὐδὴν
θείην, ὡς κλείοιμι τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

V. 30. ἔδον — ἐριθηλέος] Taur. ἕλον — ἐριθαλέος. V1. Par. ἔδων.

V. 31. δρέψασαι θνητόν V1. (v. Muetzell. de em. Th. p. 252.), δρέψασαι etiam Par. Dind. θειητόν M2.

V. 32. ὡς κλείοιμι] Ita correxit H. Steph., ὥςτε κλύοιμι V2., ἵνα κλείοιμι Vat. M1. 2. V1. Par. Taur. Rh. ἵνα κλύοιμι. M3. ὄφρα κλύοιμι. Lucian. c. Hes. p. 240. ὅπως κλείοιμι legisse videtur. At recte Muetzell. p. 378. ex Aristid. l. infra laudato et Lucian. c. Hes. concludit pro θείην (pro quo

V. 30. Schol. V1. δάφνης] ἤτοι ἐπεὶ πολύδαφνος ὁ Ἑλικὼν τὰς Μούσας ἐκ τῆς παρακειμένης ὕλης ἔφη. ἔπρεπε δὲ ἐπὶ Ἀπόλλωνος τοῦτο, ὁ γὰρ θεὸς μουσηγέτης. ἐκ γάρ τοι Μουσέων καὶ Ἑλικωνίου Ἀπόλλωνος ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν, ἢ παρόσον ἡ δάφνη ἐνεργεῖ πρὸς τοὺς ἐνθουσιασμούς. Σοφοκλῆς ἐν Κασάνδρᾳ· δάφνην φάγων ὀδόντι πρίετο στόμα. καὶ Λυκόφρων· δάφνην φάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα.

V. 31. δρέψασθαι] Δρέψασαι, quod legitur in duobus codicibus receptumque erat a Wolfio et Hermanno praef. hymn. Hom. p. XIII. [favet epigr. Archiae in Anth. Pal. IX, 64. F. I.], non male habet; nam quod Heynius monuit, postulare usum Homeri atque Hesiodi δρεψάμεναι, reprobatur hymn. in Cer. 426: παίζομεν ἠδ' ἄνθεα δρέπομεν: v. Boeckh. expl. Pind. Ol. I. p. 103. Sed quum fere omnes codices praebeant δρέψασθαι et insuper Hesiodus de eo dicat, quod per somnium (v. 10.) sibi accidisset, exemplum secutus Gaisfordii non ausus sum quicquam mutare, praeter posituram, quae ita habebat: ἔδον, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον, δρέψασθαι θηητόν. Nam, omissis post ἔδον et ὄζον commatis, δρέψασθαι pendet ab ἔδον, ut v. 819: atque iusserunt me Musae ramum decerpere lauri (id mihi concessum fuit a Musis), ut pro ῥάβδῳ mihi esset poetarum. Videtur hoc sustentari Aristidis verbis (Tom. II. p. 370.) a Gaisfordio allegatis: δρέψασθαι θηητόν· ὡς οὐδὲ τὸν τυχόντα κλαδίσκον ΛΑΒΩΝ, ἀλλὰ πολλῶν ὄντων τὸν μάλιστα περίβλεπτον εἶναι σκῆπτρον Ἡσιόδου. Non enim casu factum est, quod lauri ramum pro sceptro vates accepit, ut opinabatur Wolfius, sed divino ille ramus spiritu implet eos, qui manu tenent. V. Lucian. Rhet. praec. 4: εἰ γὰρ Ἡσίοδος μὲν ὀλίγα φύλλα ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος λαβὼν αὐτίκα μάλα ποιητὴς ἐκ ποιμένος κατέστη καὶ ᾖδε θεῶν καὶ ἡρώων γένη κάτοχος ἐκ Μουσῶν γενόμενος κτἑ. Prorsus ita nostrum intellexisse video Boissonadum. Praeterea post δρέψασθαι posituram feci. Θηητόν autem est quod facile inter tot similes ramos agnosci poterat. Interpretationem, quam dedit Bernhardy (Synt. Gr. p. 360.): „wenn man ihn bricht, ein Wunder," ferrem, nisi praegressum esset ἔδον. De toto loco cf. Pausan. Boeot. 30: κάθηται δὲ καὶ Ἡσίοδος κιθάραν ἐπὶ τοῖς γόνασιν ἔχων, οὐδέν τι οἰκεῖον Ἡσιόδῳ φόρημα· δῆλα γὰρ δὴ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπῶν, ὅτι ἐπὶ ῥάβδῳ δάφνης ᾖδε. De sceptro poetarum v. praef.

καί με κέλονθ᾽ ὑμνεῖν μακάρων γένος αἰὲν ἐόντων,
σφᾶς δ᾽ αὐτὰς πρῶτόν τε καὶ ὕστερον αἰὲν ἀείδειν.
ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρῦν ἢ περὶ πέτρην;

ego primo δῖαν legere volebam) in antiquioribus codicibus aliud epithetum scriptum fuisse, sed quam ipse excogitavit scripturam nemo facile adoptet. Mihi non θεσπεσίην, quo vocabulo utuntur Aristides et Lucianus, scripsisse videtur Hesiodus, sed θέσπιν, ἵνα κλείοιμι. Θέσπις ἀοιδή ap. Hom. Od. I, 328. VIII, 498.

V. 33. μ᾽ ἐκέλονθ᾽ VI. Par.

V. 34. τε abest a M1. — ὕστερον] ὕστατον, quod usitatius esse dicebat Wolfius, in textum recepit Dind., probavit Hermannus. Sed ὕστερον etiam scholia agnoscunt. — αἰὲν abest a Taur.

V. 1. ἢ οἵη] A Niobe exorsus erat auctor Eoearum. Nam ita Apollod. II, 1, 1: *Νιόβης δὲ καὶ Διός, ᾗ πρώτῃ γυναικὶ Ζεὺς θνητῇ ἐμίγη, παῖς Ἄργος ἐγένετο· ὡς δὲ Ἀκουσίλαός φησι, καὶ Πελασγός, ἀφ' οὗ κληθῆναι τοὺς τὴν Πελοπόννησον οἰκοῦντας Πελασγούς. Ἡσίοδος δὲ τὸν Πελασγὸν αὐτόχθονά φησιν εἶναι.* Cf. Dionys. Hal. Arch. I, 17. Atque initium huius carminis, praemisso prologo huius fere tenoris esse potuit: *Ἀλλὰ γυναικῶν φῦλον ἀείσατε, καλλιέπειαι Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο, Ἧις ἐμίγη φιλότητι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε Κάλλεϊ καινυμένης ἐφ' ὁμήλικας εὐφυΐῃ τε, Οἵη ἔην Νιόβη* — (cf. v. 106: *οἷον δὴ καὶ τόνδε βροτόν*). — His annectebantur cetera carmina, ut nostrum: *ἢ οἵη* (sc. *ἔην*) *Σεμέλη* (vel *τοίη καὶ Σεμέλη*, ut ap. al.); — *ἢ οἵη προλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν Ἀλκμήνη ἤλυθεν ἐς Θήβας.* Hinc factum, ut *μεγάλαι ἠοῖαι* (*ἢ οἷαι*) diceretur catalogi Hesiodii pars. V. Ruhnk. epist. crit. p. 289. Imitati sunt hoc initium Hermesianax (ap. Schneidew. Del. poet. eleg. p. 148): *οἵην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο Ἀγριόπην*, et Theocrit. XV, 103: *οἷόν τοι τὸν Ἄδωνιν.* — προλιποῦσα] V. Apollod. II, 4, 6. In exilium a Sthenelo actus erat Amphitruo propter caedem Electryonis, Mycenarum regis, quam invitus patrarat. Sequebatur Amphitruonem Alcumena sponsa. V. Argumentum Graecum *Δ.* et Eustath. ad Hom. Odyss. XI, 265.

V. 2. Ἀμφιτρύωνα] Mira de accentu narrat Heynius Obss. ad Apollod. p. 129. Ita enim statuendum est: *Ἀμφιτρύων Ἀμφιτρύωνος, Ἠλεκτρύων Ἠλε-*

Ἀλκμήνη, θυγάτηρ λαοσσόου Ἠλεκτρύωνος.
ἥ ῥα γυναικῶν φῦλον ἐκαίνυτο θηλυτεράων
εἴδεΐ τε μεγέθει τε· νόον γε μὲν οὔτις ἔριζε
τάων, ἃς θνηταὶ θνητοῖς τέκον εὐνηθεῖσαι.
τῆς καὶ ἀπὸ κρῆθεν βλεφάρων τ' ἄπο κυανεάων
τοῖον ἄηθ' οἷόν τε πολυχρύσου Ἀφροδίτης.
ἣ δὲ καὶ ὣς κατὰ θυμὸν ἑὸν τίεσκεν ἀκοίτην,
ὡς οὔπω τις ἔτισε γυναικῶν θηλυτεράων·
ἦ μήν οἱ πατέρ' ἐσθλὸν ἀπέκτανεν ἶφι δαμάσσας,
χωσάμενος πέρι βουσί· λιπὼν δ' ὅγε πατρίδα γαῖαν

V. 5. M1. νόον γε μὶν εν οὔτις.
V. 7. τ' post βλεφάρων ignotum fuisse Eustathio p. 1257, 54. 1363, 55. [etiam Ven. Il. XIX, 1.] suspicatur Hermannus. — M1. κυανεόντων, M2. V1. κυανέων, κυανεώντων M3. Antea ἀποκρῆθεν M2. Cf. Schol. Ven. Il. XVI, 548.
V. 10. abest a V1.
V. 11. ὃ μέν οἱ M1.; in m. γρ. ἦ μέντοι οἱ; M3. ἦ μεν. — ἀπέκτανεν] Em. M2. ἀπέκτεινεν. V2. ἀπέκτειν'.
V. 12. Vulgo περί.

κτρύωνος dicitur, sed Ἀμφιτρυὼν Ἀμφιτρυόνος, Ἠλεκτρυών Ἠλεκτρυόνος. V. Arcad. p. 15, 22: τὰ διὰ τοῦ υων ὑπὲρ δύο συλλαβὰς καὶ βαρύνεται καὶ ὀξύνεται. καὶ βαρύνεται μὲν ὅσα κλίνεται διὰ τοῦ ω μὴ συνεμπίπτουσα πόλεσιν, ὡς ἔχει Ἀμφιτρύων, Ἠλεκτρύων — τὰ μέντοι κατὰ γενικὴν τρέποντα τὸ ω εἰς ο ὀξύνεται, ἀλεκτρυών, Γηρυών, Ἀμφικτυών. Fallitur igitur Hermannus (Opusc. VI. p. 193.). Ἠλεκτρύονος legitur etiam in codice Eurip. Alc. 851. In V2. M1. hic et v. 82. male Ἠλεκτρυῶνος.

V. 3. Ἠλεκτρύωνος] Cave secundam syllabam correptam esse a poeta credas. Nam quod licuit in Ἀμφιτρύωνα, non item licet in Ἠλεκτρύωνος, quum syllabae hic sit pondus aliquanto gravius; syllabae κτρυ et ω in unam coeunt pronuntiando. V. Hermann. El. doctr. metr. p. 53. Secundam in Ἠλεκτρύωνος brevem notavit Wolfius Ueber ein Wort Friedrich II. von deutscher Verskunst p. 49.

V. 4. θηλυτεράων] Non esse comparativum θηλύτερος recte monuit Buttmannus Gr. ub. I. p. 279. Sic ἀγρότερος v. 407.

V. 7. κυανεάων] Est Doriensium pro κυανέων. Nam ut Iones νησέων dicunt a νῆσος et χιλιαδέων a χιλιάς, ita Dorienses non solum ἀοιδάων ab ἀοιδός, νησάων a νῆσος, sed etiam αἰγᾶν (αἰγάων), θηρᾶν (θηράων) ab αἴξ et θήρ. Mirum tamen adiectivum nomen neutrius generis ita illos flexisse. Nam ut exemplo Homerico Il. XXIV, 528. hoc defendi possit, multum abest, quum ἐάων non habendum sit in neutris. V. annot. ad Theog. 664. Ἔα enim substantivum, quod primo nihil aliud significasse videtur quam rem simpliciter, postea significationem induit rei possessae et bonorum. Alii vel βλεφαρέων scribere, vel ab ἡ βλέφαρος deducere voluerunt, ut Doederlinus.

V. 9. καὶ ὣς] Quanquam coacta erat solum vertere cum sponso; quanquam hic patrem eius invitus occiderat.

V. 12. χωσάμενος πέρι

ἐς Θήβας ἱκέτευσε φερεσσακέας Καδμείους.
ἔνθ' ὅγε δώματ' ἔναιε σὺν αἰδοίῃ παρακοίτι
νόσφιν ἄτερ φιλότητος ἐφιμέρου, οὐδέ οἱ ἦεν
πρὶν λεχέων ἐπιβῆναι ἐϋσφύρου Ἠλεκτρυώνης,
πρίν γε φόνον τίσαιτο κασιγνήτων μεγαθύμων
ἧς ἀλόχου, μαλερῷ δὲ καταφλέξαι πυρὶ κώμας

V. 13. *φερεσσάκεας* Vl. Sed v. doctr. accent. Gr. p. 323. Ceterum idem epithetum legitur apud Nonn. Dionys. XXIX, 219: *φερεσσακέος δὲ χορείης ῥυθμὸν ἐμιμήσαντο.* XXXVI, 447: *ἄνδρα φερεσσακέων κεκορυθμένον ὑψόθι νηῶν.*

V. 15. *οὐδέ οἱ ἦεν*] Sic cum Dind. scripsi ex Hermanni sententia Orph. p. 125. et 780. Vulgo *οὐ γάρ οἱ ἦεν*, quod respuit versus antiquus propter *οἷ* digammum.

βουσί] Si scribis *περί*, nemo de voluntaria caede dubitabit, quam patrasse Amphitruonem, ut recte monuit Wolfius, ab omni fide absonum est secundum Hesiodum, quanquam auctor scholii IV. ita intellexisse Hesiodum videtur, ut *χωσάμενος περὶ βουσί* litem quandam Amphitruonis et Electryonis de *καταλειφθείσῃ μοίρᾳ περιουσίας* significaret; is autem alios fontes secutus est, nescio quos, qui tradidissent Amphitruonem Electryone propter hereditatem occiso solum vertisse, post vero Taphios irruisse in regionem Argivorum et interfecisse filios Electryonis. Horum caede vindicata Alcumenam in matrimonium duxisse Amphitruonem. Haec omnia aliter apud Hesiodum, qui Alcumenam una cum sponso vel marito suo Amphitruone statim post mortem Electryonis Thebas venisse narrat. Scripsi igitur *πέρι*, id ut sit pro *περισσῶς*, valde, nimis, dictum. Multos enim grammaticos sic distinxisse adverbium a praepositione dixi in Allgem. Lehre v. Accent p. 380. Si contuleris narrationem Apollod. II, 4, 6., patebit hoc postulare sententiam loci; iratus erat enim bubus, uno alterove extra agmen evagantibus, non Electryoni, quem invitus interfecit. Cf. v. 82. Sed languere illud *πέρι* monuit Hermannus, quicum facit Rankius. Ego vero necessarium puto, ut nimia Amphitruonis iracundia significetur, qua factum ab invito (hoc enim non primus Apollodorus dixit, sed Pherecydes; v. Eustath. ad Odyss. XI, 265.) parricidium est, neque magis languere quam apud Herodot. III, 50: *τέλος δέ μιν, πέρι θυμῷ ἐχόμενος, ὁ Περίανδρος ἐξελαύνει ἐκ τῶν οἰκίων.*

V. 13. *Καδμείους*] De his antiquis Thebarum incolis v. O. Müller. Orchom. p. 118. Constructio est: *ἐς Θήβας ἐλθὼν ἱκέτευσε φερεσσακέας Καδμείους*; *ἐλθών* supple ex *λιπών*. Alia est mens Hom. Il. XVI, 574. ab Heinrichio laudati: *Ἐπειγεὺς — ἐς Πηλῆ' ἱκέτευσε καὶ ἐς Θέτιν ἀργυρόπεζαν*, i. e. *ἱκετηρίαν Πηλεῖ καὶ Θέτιδι προὔτεινε.*

V. 15. *νόσφιν ἄτερ*] Non reperitur apud Homerum; Hesiodus etiam Op. 91. 113. usus est. Simile est *γυμνὸς ἄτερ* Sophocl. Ai. 464.

V. 17. *τίσαιτο*] Verbo finito utitur Hesiodus propter negationem praegressam v. 15. (vid. Elmsl. ad Eur. Med. 216.), optativo vero, non subiunctivo, propter *ἦεν* imperfectum. V. Matth. Gr. §. 522. b.

V. 19. *Ταφίων ἰδὲ Τηλε-*

ἀνδρῶν ἡρώων Ταφίων ἰδὲ Τηλεβοάων.
ὣς γάρ οἱ διέκειτο, θεοὶ δ' ἐπιμάρτυροι ἦσαν·
τῶν ὅγ' ὀπίζετο μῆνιν, ἐπείγετο δ' ὅ ττι τάχιστα
ἐκτελέσαι μέγα ἔργον, ὅ οἱ Διόθεν θέμις ἦεν.
τῷ δ' ἅμα ἱέμενοι πολέμοιό τε φυλόπιδός τε
Βοιωτοὶ πλήξιπποι, ὑπὲρ σακέων πνείοντες,

V. 18. *πυρὶ κατ.* M3. V1.
V. 19. *ἠδὲ* M2.
V. 20. *ἐπιμάρτυροι*] Tr. *ἐπὶ μάρτυροι.* — *ἔσσαν* pro *ἦσαν* M1.3. P2.
V. 21. *τῶνγ' ὀπ.* V1.
V. 23. *ἱέμενοι* M1. 2.
V. 24. *πλήξιπποι*] P2. M1. *πλάξιπποι.*

βοάων] De Taphiis et Telebois v. Sturz. ad Pherecyd. p. 98. Locis a Sturzio laudatis addendi erant Pindar. Nem. X, 15. et Ioh. Alex. *τον. παραγγ.* p. 9, 4., ex quo discimus etiam *Τηλεβῶς* contractum fuisse ex *Τηλεβόας* (sic corr. ap. Iohannem). Taphius autem, Persei pronepos, secundum antiquam fabulam apud Apollod. II, 4., Mycenis coloniam Taphum deduxerat, unam ex Echinadibus insulis, e regione Acarnaniae oppositis. Pertinebat haec insula ad Teleboarum agrum, quorum maxima pars Acarnaniae litora inhabitasse videtur, antequam in Italiam venisset (v. Virgil. Aen. VII, 735.). Taphi, erat caput regionis (Cephalleniae nomen antiquissimum fuisse videtur; v. de Cephalleniis Buttm. ad Soph. Phil. p. 90.), quod incolebant *ἄνδρες ἥρωες*. Cf. de his insulis Strabon. X. p. 458. Thucyd. II, 102. Spanheim. ad Callim. Del. 155. et Salmasium ad Solin. p. 503. Ab Hom. Il. II, 625. Echinades dicuntur sacrae insulae, propter Acheloum fluvium sacrum et *ὡς τῆς ἄλλης γῆς Ἀμφιάρεῳ μεμιασμένης*, ut legitur ap. Thucyd. l. l. Cf. animadv. ad Theog. 1015. Urbem gentis primariam non attigisse Amphitruonem apparet e versu 18: *καταφλέξαι πυρὶ κώμας.* Cf. Thucyd. I, 5: *καὶ προςπίπτοντες πόλεσιν ἀτειχίστοις καὶ κατὰ κώμας οἰκουμέναις ἥρπαζον — ἐληΐζοντο δὲ καὶ κατ' ἤπειρον ἀλλήλους. καὶ μέχρι τοῦδε πολλὰ τῆς Ἑλλάδος τῷ παλαιῷ τρόπῳ νέμεται, περί τε Λοκροὺς τοὺς Ὀζόλας καὶ Αἰτωλοὺς καὶ Ἀκαρνᾶνας καὶ τὴν ταύτῃ ἤπειρον.* Naves igitur, quarum etiam Plautus Amphitruone mentionem fecit, non commemoratas ab Hesiodo sine causa miratur Heynius. Sed eas intulerunt veteri epigrammati apud Herodot. V, 59. scribendo: *Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκε νέων* (navigans) *ἀπὸ Τηλεβοάων* (cf. Wolf. Prolegg. p. LV.), quum scribere debuissent: *Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκε λαβὼν ἀπὸ Τηλεβοάων.* Sic Grammat. ap. Cram. Anecd. Ox. IV. p. 320. De hac *ἀπό* praepositionis significatione v. Boeckh. Corp. inscr. Gr. I. p. 35. Plutarch. de Pyth. orac. 15: *Βρασίδας καὶ Ἀκάνθιοι ἀπὸ Ἀθηναίων, καὶ Ἀθηναῖοι ἀπὸ Κορινθίων, καὶ Φωκεῖς ἀπὸ Θεσσαλῶν, Ὀρνεᾶται δ' ἀπὸ Σικυωνίων, Ἀμφικτυόνες δ' ἀπὸ Φωκέων.*

V. 21. *μῆνιν*] *νέμεσιν.*

V. 24. *πλήξιπποι*] V. epigramma in obitum Hesiodi.

Λοκροί τ᾽ ἀγχέμαχοι καὶ Φωκῆες μεγάθυμοι
ἕσποντ᾽· ἦρχε δὲ τοῖσιν ἐῢς παῖς Ἀλκαίοιο,
κυδιόων λαοῖσι. πατὴρ δ᾽ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
ἄλλην μῆτιν ὕφαινε μετὰ φρεσίν, ὄφρα θεοῖσιν
ἀνδράσι τ᾽ ἀλφηστῇσιν ἀρῆς ἀλκτῆρα φυτεύσαι.
ὦρτο δ᾽ ἀπ᾽ Οὐλύμποιο δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων,
ἱμείρων φιλότητος ἐϋζώνοιο γυναικός,
ἐννύχιος· τάχα δ᾽ ἷξε Τυφαόνιον· τόθεν αὖτις
Φίκιον ἀκρότατον προσεβήσατο μητίετα Ζεύς.
ἔνθα καθεζόμενος φρεσὶ μήδετο θέσκελα ἔργα·
αὐτῇ μὲν γὰρ νυκτὶ τανυσφύρου Ἠλεκτρυώνης
εὐνῇ καὶ φιλότητι μίγη, τέλεσεν δ᾽ ἄρ᾽ ἐέλδωρ,
αὐτῇ δ᾽ Ἀμφιτρύων λαοσσόος, ἀγλαὸς ἥρως,
ἐκτελέσας μέγα ἔργον ἀφίκετο ὅνδε δόμονδε.
οὐδ᾽ ὅγ᾽ ἐπὶ δμῶας καὶ ποιμένας ἀγροιώτας

V. 25. ἀγχέμαχοι] V2. ἐγχεμάχοι. Cf. Heyn. Il. XIII, 713.; ἀγχιμάχοι M3. De accentu v. Allg. Lehre vom Acc. p. 318.

V. 26. παῖς] Sic scripsi cum Dind. pro vulgato πάϊς. V. Herm. ad Orph. Argon. 864. Cf. Hom. Il. XII, 98: ἐῢς παῖς Ἀγχίσαο.

V. 28. ὕφηνε V1. — ὄφρα] Harl. M2. ὡς ῥα.

V. 29. φυτεύσαι] Sic M3. Harl. Par. 1.2., φυτεῦσαι M1.2. V1. Vulgo φυτεύση.

V. 32. ἕξε M2. Post τότε δ᾽ αὖτις Harl., quod Rankius praefert. πόθεν αὖθις Em. αὖτις V2. Ceteri αὖθις.

V. 33. Φίκιον] Em. Φοίκιον. Harl. Φύκιον.

V. 35. τανυσφύρου Ἠλεκτρυώνης] Harl. M2. τανυσφύρῳ Ἠλεκτρυώνῃ.

V. 36. καὶ φιλ.] V2. ἐν φιλ.

V. 40. εὐνάν M2.

V. 29. ἀλφηστῇσιν] Sic inde a Promethei vel potius Deucalionis aetate mortales dicebantur. V. Oper. 82. 146. — ἀρῆς ἀλκτῆρα] V. Theog. 657. Buttm. Mythol. I. p. 259. De voce ἀρῆ Hermann. cens. Scuti ab Heinr. editi in ephem. litt. Lips. 1802. Intellig. p. 92. ita: ἀρή votum priorem habet longam apud epicos, ἀρή damnum brevem; tragicis vero ignotum est ἀρά damnum, ἀρᾶ voto priore brevi utuntur; ἄρεως ἀλκτῆρα eximendum est editionibus, quod epici nec Ἄρεως genitivo, nec Ἄρην accusativo utuntur. Sic illc. Cf. ad Theog. 657.

V. 32 seq. Τυφαόνιον] Ex Schol. Pind. Ol. IV, 11. Müller. Orchom. p. 62. concluserat in Boeotia olim fuisse Typhonium. Sed ex Hom. hymn. Apoll. 306. apparet pertinere ad Parnassum montem, unde postea in Phicium montem, non longe a Thebis situm, perrexit Iuppiter. Müllerus item (Orchom. p. 33.) Phicium altissimam partem Phoenicii montis esse non recte putat, quum Sphingis rupes etiam nunc se conspicien-

ὦρτ' ἰέναι, πρίν γ' ἧς ἀλόχου ἐπιβήμεναι εὐνῆς·
τοῖος γὰρ κραδίην πόθος αἴνυτο ποιμένα λαῶν.
ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἀσπαστὸν ὑπεκπροφύγῃ κακότητα
νούσου ὕπ' ἀργαλέης ἢ καὶ κρατεροῦ ὑπὸ δεσμοῦ,
ὥς ῥα τότ' Ἀμφιτρύων χαλεπὸν πόνον ἐκτολυπεύσας
ἀσπασίως τε φίλως τε ἑὸν δόμον εἰςαφίκανε.
παννύχιος δ' ἄρ' ἔλεκτο σὺν αἰδοίῃ παρακοίτι,
τερπόμενος δώροισι πολυχρύσου Ἀφροδίτης.
ἡ δὲ θεῷ δμηθεῖσα καὶ ἀνέρι πολλὸν ἀρίστῳ
Θήβῃ ἐν ἑπταπύλῳ διδυμάονε γείνατο παῖδε,
οὐκέθ' ὁμὰ φρονέοντε· κασιγνήτω γε μὲν ἤστην·
τὸν μὲν χειρότερον, τὸν δ' αὖ μέγ' ἀμείνονα φῶτα,
δεινόν τε κρατερόν τε, βίην Ἡρακληείην·
τὸν μὲν ὑποδμηθεῖσα κελαινεφέϊ Κρονίωνι,
αὐτὰρ Ἰφικλῆ λαοσσόῳ Ἀμφιτρύωνι,

V. 42. ὑπεκπροφύγῃ] Em. ὑπερπροφύγῃ. M1. P2. ὑπεκπροφύγοι.
V. 44. ἐκτολυπεύσας] M1. ἐκτολμήσας. Idem ὡς ἄρα et sic V1.
V. 45. φίλως] P2. M1. V1. φιλίως, quod praeferrem, si scriberetur ἀσπασίως φιλίως τε.
V. 46. παννύχεος δ' ἂν ἔλεκτο M1.
V. 49. διδυμάσιν M1. Antea in M2. deest ἐν.
V. 50. οὐκέθ' ὁμὰ] Lennep. οὐ καθομά.
V. 51. αὖ μέγ'] Tr. δὲ μέγ'.
V. 52. deest in Par. 2772.
V. 54. Ἰφικλῆ λαοσσόῳ] Sic scripsi cum Hermanno ad Schaeferi edit. Greg. de diall. p. 879. Ἰφικλῆ λαοσσόῳ legitur in Em. Viteb. Ἰφικλῆα λ. P2. Ceteri (ut V2. M1.2.3.) Ἰφικλῆά γε δορυσσόῳ, pro quo Heinrich. Ἰφικλῆα δορυσσόῳ ediderat, ut habet M1.2. γε abest a M3. V1.

dam praebeat prope ab Hylico lacu.

V. 39. ποιμένας ἀγροιώτας] Heinrichius propterea hoc additum a poeta putat, quod summa heroici aevi cura in re pecuaria poneretur. Cf. Op. 120. 163. Sed alia etiam causa subest. Nempe boves ut praedam secum duxerat Amphitruo; quos, quanquam eorum cura iniungenda familiae esset, prae magno Alcumenae amore neglexit.

V. 42. ἀσπαστὸν] adverbialiter. Cf. Hom. Odyss. V, 398.

V. 50. οὐκέθ' ὁμὰ] Mens Hesiodi haec est: ἐγείνατο διδυμάονε παῖδε, i. e. similes eo erant, quod erant gemini fratres, sed animo erant diversissimi, i. e. non amplius similes, οὐκέθ' ὁμὰ φρονέοντε, κασιγνήτω γε μὲν ἤστην. Idem sensus est Oper. 13. Sic οὐκέθ' ὁμῶς apud Hom. Il. IX, 605: οὐκ ἔθ' ὁμῶς τιμῆς ἔσεαι, πόλεμόν περ ἀλαλκών. Archiloch. fragm. LXXVI. Liebel.: οὐκ ἔθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα. Theocr. Id. XXIII, 2: τὰν μορφὰν ἀγαθῶ, τὸν δὲ τρό-

ἀκριμένην γενεήν· τὸν μὲν βροτῷ ἀνδρὶ μιγεῖσα,
τὸν δὲ Διὶ Κρονίωνι, θεῶν σημάντορι πάντων.

Ὃς καὶ Κύκνον ἔπεφνεν, Ἀρητιάδην μεγάθυμον.
εὗρε γὰρ ἐν τεμένει ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος
αὐτὸν καὶ πατέρα ὅν, Ἄρην, ἆτον πολέμοιο,
τεύχεσι λαμπομένους σέλας ὥς πυρὸς αἰθομένοιο,
ἑσταότ᾽ ἐν δίφρῳ· χθόνα δ᾽ ἔκτυπον ὠκέες ἵπποι
νύσσοντες χηλῇσι, κόνις δέ σφ᾽ ἀμφιδεδήει
κοπτομένη πλεκτοῖσιν ὑφ᾽ ἅρμασι καὶ ποσὶν ἵππων.
ἅρματα δ᾽ εὐποίητα καὶ ἄντυγες ἀμφαράβιζον,
ἵππων ἱεμένων· κεχάρητο δὲ Κύκνος ἀμύμων,
ἐλπόμενος Διὸς υἱὸν ἀρήϊον ἡνίοχόν τε
χαλκῷ δῃώσειν καὶ ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δύσειν.

V. 55. 56. Mirum, ni alius poetae fuerint hi versus pro 50—54. Certe vv. 55. 56. pro spuriis habere non licet propter ὅς insequens v. 57.

V. 56. *θεῶν* abest a M2.

V. 59. Pariss. apud Rank. *πατέρ᾽ ὅν*. — *Ἄρην*] M1. *Ἄρη*.

V. 60. In V2. a recentiore manu additus.

V. 61. *ἑσταῶτ᾽* M2. — Recte comma post *ἵπποι* reiecit Rankius, ut *νύσσοντες* coniungatur cum *χθόνα*.

V. 65. *ἱεμένων*] Sic scripsi cum Boissonado ex M1. 2. 3. V1. 2. Par., non *ἰεμένων*. Vide quae monui ad Aristot. Polit. p. 382.

V. 70. *πὰρ δ᾽ ἄλσος* V1.

V. 72. *ἐκείνῳ*] *ἐκείνων*, quod habent Harl. Med., Heinrichius non debebat adoptare.

που οὐκ ἔθ᾽ ὁμοίω. *γε μέν*, pro *γε μήν*, tamen, epicorum est proprium. V. Buttmann. exc. I. ad Aratum.

V. 57. *Κύκνον*] Cycnus, Martis ex Pelopia filius, pompas et theorias Delphos deducendas haud procul ab Apollinis Pagasaei agro depopulari solebat. V. Müller. Dor. I. p. 204. Prolegg. Mythol. p. 303. Cf. Scut. 480. Hanc fabulam suo more adornarat Stesichorus. V. Schol. Pind. Ol. X, 19. et Stesichori fragm. ed. Gaisf. poet. Graec. min. III. p. 343. ed. Lips. [Kleine p. 70.] Mire pro *Ἀρηϊάδης* dicitur *Ἀρητιάδης*, tanquam ab *Ἄρης Ἄρητος*. Cf. Herodianum ap. Eustath. Il. p. 518, 24 seq., quem allegavit Rankius. Thiersch. Gr. Gr. §. 181. p. 281. ed. III.

V. 59. *Ἄρην*] Libenter scripsissem *Ἄρη* cum M1. aliisque paucis. Nam *Ἄρη᾽*, quod Hermann. volebat ex Viteb. duobus (Ephem. Lips. p. 92.), Florr. et P2., epicos antiquos non dixisse cum Bekkero (cens. Hom. Wolf. p. 131.) puto pro *Ἄρην*, quod epicos tantum seriores et ne hos quidem deceat, nisi MSS. meliores me avocarent a proposito. *Ἄρην* scribitur etiam v. 333. 425. (ubi *Ἄρηα* habent Em. Viteb.) 457. (ubi *Ἄρηα* Vit.).

V. 62. *νύσσοντες χηλῇσι*] Allegatur a Schol. Aristoph. Ach. 740.

ἀλλά οἱ εὐχωλέων οὐκ ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων·
αὐτὸς γάρ οἱ ἐπῶρσε βίην Ἡρακληείην.
πᾶν δ' ἄλσος καὶ βωμὸς Ἀπόλλωνος Παγασαίου
λάμπεν ὑπαὶ δεινοῖο θεοῦ τευχέων τε καὶ αὐτοῦ·
πῦρ δ' ὣς ὀφθαλμῶν ἀπελάμπετο. τίς κεν ἐκείνῳ
ἔτλη θνητὸς ἐὼν κατεναντίον ὁρμηθῆναι
πλὴν Ἡρακλῆος καὶ κυδαλίμου Ἰολάου;
κείνων γὰρ μεγάλη τε βίη καὶ χεῖρες ἄαπτοι
ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.
ὅς ῥα τόθ' ἡνίοχον προσέφη κρατερὸν Ἰόλαον·
Ἥρως ὦ Ἰόλαε, βροτῶν πολὺ φίλτατε πάντων,
ἦ τι μέγ' ἀθανάτους μάκαρας, τοὶ Ὄλυμπον ἔχουσιν,
ἤλιτεν Ἀμφιτρύων, ὅτ' ἐύστέφανον ποτὶ Θήβην

V. 74. Parr. duo ap. Thiersch. πλήν γ'.

V. 75. Quum Vit. habeat κείνω, Hermannus κείνῳ scribi iussit, ut de Hercule solo intelligatur. Mihi longe praestabilius videtur κείνων. Nam ὅς (v. 77.) dictum est propter v. 69. Prorsus eodem modo ὅς v. 57.

V. 76. μέλεσσιν] Em. μελέεσσιν.

V. 78. φίλτατ' ἐκείνων M2.

V. 79. τι μέγ' ἀθανάτους] Sic M1.2.3. V1. et ita vulgatum τι μετ' ἀθαν. correxerat Dorvill. ad Charit. p. 220. Hermannus l. l. malebat ἦ μέγα δή τι θεοὺς μάκαρας, quod diversum sit τι μέγα et μέγα τι. Illud vero quum sit aliquid magni, hoc vero aliquod magnum atque utrumvis quum hic locum habere possit, perstiti cum Gaisf. ac Dind. in correctione Dorvilliana.

V. 63. πλεκτοῖσιν] Noli intelligere currum plectilem, sed structum. V. Callim. Ap. 61: ὁ δ' ἔπλεκε βωμὸν Ἀπόλλων. Cf. v. 306.

V. 68. οὐκ ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων] Heinrichius: „at de Cycni ad Apollinem missis precibus nihil memoratur. Verba οὐκ ἔκλυε ergo accipias: irrita fecit eius vota intus concepta." Non assentior. Cycnus enim theorias depraedabatur Delphos Apollini mittendas et, ut hunc sibi placaret, aram ei voverat e capitibus occisorum Pagasae exstruendam, quemadmodum prior ipse Apollo e caprarum Cynthiadum capitibus aram sibi fecerat. (V. Callim. Apoll. 61. et auctor. ἀγῶν. Ὁμήρ. καὶ Ἡσ. Diog. Laert. Vit. Pythag. VIII, 1, 12.) Demonstratur verbis scholiastae Pindari Ol. X, 19., ubi non opus est cum Heynio et Boeckhio scribere τῷ Ἄρει pro τῷ Ἀπόλλωνι. Ipse Apollo eius preces non exaudivit, quod magis sibi curae cordique erant Delphica sacra quam Pagasaea.

V. 71. Coniungenda sunt vocabula τευχέων δεινοῖο θεοῦ; nam etiam αὐτοῦ pertinet ad Martem, non ad Cycnum. Rankius post θεοῦ interpungi iussit, quod minus placet.

V. 75. Cf. Theogon. 152. Op. et D. 147. 148.

V. 79—94. Haec alius esse auctoris suspicatur Thiersch.

ἦλθε λιπὼν Τίρυνθον, ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
κτείνας Ἠλεκτρύωνα βοῶν ἕνεκ' εὐρυμετώπων·
ἵκετο δ' εἰς Κρείοντα καὶ Ἡνιόχην τανύπεπλον,
οἵ ῥά μιν ἠσπάζοντο καὶ ἄρμενα πάντα παρεῖχον,
ἣ δίκη ἔσθ' ἱκέτησι, τίον δ' ἄρα κηρόθι μᾶλλον.
ζῶε δ' ἀγαλλόμενος σὺν ἐϋσφύρῳ Ἠλεκτρυώνῃ,
ᾗ ἀλόχῳ· τάχα δ' ἄμμες ἐπιπλομένων ἐνιαυτῶν
γεινόμεθ' οὔτε φυὴν ἐναλίγκιοι οὔτε νόημα,

V. 81. *Τίρυνθον*] M1. 2. Par. *Τίρυνθα*. Ruhnk. et Wintert. *Τίρυνθος*.
V. 84. *ἄρμενα*] M1. Em. *ἄρματα*, M2. *ἄρμενα*.
V. 85. *ἱκέτησι, τίον*] Em. *ἱκέτῃ, τοῖον*.
V. 87. *ἐπιπλομένων*] *περιπλομένων* P2. *ἐπιπλομένῳ ἐνιαυτῷ* Tr. *ἄμμε περιπλομένων* malebat Guietus.
V. 90. Pro *δόμον* M1. *δῶμα*.
V. 91. *ἀλιτήμενον*] Sic codd. omnes praeter M2., qui habet *ἀλιτήμηνον* (Par. ap. Rank. *ἀλιτίμενον*). Sed fateor magnopere mihi placere coniecturam Guieti *ἀλιτήμερον*, de qua v. Herm. add. ad Schaef. edit. Greg. p. 879. Nam Beutleii et Heynii emendatio *Εὐρυσθῆ' ἠλιτόμηνον* iure reprobata est ab Hermanno et Bekkero. *Ἠλιτόμηνος* est *ἑπταμηνιαῖος*, qualis vere factus est Eurystheus (Il. XIX, 118.) a Iunone, ne Hercules de Hes. p. 28. Sed recte Hermannus Opusc. VI. p. 194. intercedit. Prorsus ita langueret repetitio *βροτῶν πολὺ φίλτατε πάντων, ὦ φίλος, ἀλλὰ σύ* —. Idem Herm. vv. 95 (ita enim sine dubio scribere voluit, non 96.) — 101. pro recentiore additamento habet. Nam qui fieri potest, inquit, ut Hercules Iolaum frena firmiter tenere currumque recta contra Martem et Cycnum dirigere hortetur, quum ipse nondum arma induerit? Hinc traiiciendos esse post 77. addendosque iis v. 338 seq. paululum mutatos (*ὣς εἰπὼν ἐς δίφρον ἔβη Διὸς ἄλκιμος υἱὸς ἐσσυμένως· τότε δή ῥα διόγνητος Ἰόλαος σμερδαλέως ἵπποισιν ἐκέκλετο*), ut antiquissima carminis forma restituatur. Mihi tamen haec omnia suo loco posita esse videntur. Nam ab heroe, qualis Hercules erat, facile exspectari poterat, ut neglectis armis suis in certamen cum bene armatis proruere paratissimus esset, quum Iolaum providentiorem deceret Herculem armorum induendorum admonere. Cuius rei testimonium esse puto, quod poeta postea leniter ridentem fingit Herculem (v. 115.). Alia argumenta pro integritate loci Rankius et Marckscheffelius (Hesiod. fragm. p. 144.) protulerunt.

V. 81. *Τίρυνθον*] ἡ *Τίρυνθος* (ut *Κόρινθος, Προβάλινθος, Ὄλυνθος, Σύρινθος*; v. Welck. Tril. Aesch. p. 212.) forma non est inusitata. Stephan. B. v. *Τίρυνς· τὸ ἐκ τόπου Τιρυνθόθεν, εἰς τόπον Τίρυνθόνδε· ὤφειλε δὲ Τίρυνθάδε ὡς πρὸς αἰτιατικήν*, quem iam Lennepius laudavit. Cf. Argum. IV. *Τίρυνς* nominativus est inventum nescio cuius poetae apud Hephaestion. Enchir. I, 2: *Τίρυνς, οὐκέτι τεῖχος ἐπήρκεσε, Τίρυς* vero grammaticorum. V. Lobeck. Phryn. p. 116. Paralip. Gramm. Gr. I. p. 94. 167.

V. 82. *βοῶν ἕνεκ'*] quum bubus irasceretur. V. v. 11.

σός τε πατὴρ καὶ ἐγώ. τοῦ μὲν φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
ὃς προλιπὼν σφέτερόν τε δόμον σφετέρους τε τοκῆας
ᾤχετο, τιμήσων ἀλιτήμενον Εὐρυσθῆα,
σχέτλιος· ἦπου πολλὰ μετεστοναχίζετ' ὀπίσσω
ἣν ἄτην ἀχέων· ἡ δ' οὐ παλινάγρετός ἐστιν.
αὐτὰρ ἐμοὶ δαίμων χαλεποὺς ἐπετέλλετ' ἀέθλους.
ὦ φίλος, ἀλλὰ σὺ θᾶσσον ἔχ' ἡνία φοινικόεντα
ἵππων ὠκυπόδων· μέγα δὲ φρεσὶ θάρσος ἀέξων

prior dias luminis auras respiraret, atque ita etiam Bacchus dicitur a Nonno Dion. VIII, 400. IX, 9. V. Etym. M. p. 428, 10., ubi Callimachi fragmentum sic videtur refingendum: ὃν οὐκ ἔπλησε φέρουσα Μήτηρ ὠδίνων μῆνας, i. e. ὃν φέρουσα μήτηρ οὐκ ἔπλησε τοὺς τῶν ὠδίνων μῆνας (i. e. ἐννέα). Ἀλιτήμερον recepit cum Gaisf. Dindorfius. Vulgatam Lennepius defendit apud Boissonadum.

V. 92. πολλὰ] Bav. et Par. ap. Rankium μάλα. — μετεστοναχίζετ'] Stobaeus p. 98. μεταστον.

V. 93. ἄτην] ἄταν ἀχέων Ml. — ἀχέων] ὀχέων, quod maluerat Graevius, recepit Dind., ne accusativum ἣν ἄτην ἀχέων regeret. Sed v. annot. expl.

V. 94. ἐπετέλλετ'] V2. ἐπέτειλεν.

V. 96. ὠκυπέδων — θάρσον Vl.

V. 83. Ἡνιόχην] Sophocli Antigona dicitur Eurydice.

V. 85. ἣ δίκη ἔσθ' ἱκέτησι] I. e. expiavit Amphitruonem Creon. V. Herodot. I, 35. et quos ibi laudavit Wesselingius. Praeterea rem accurate exposuit O. Müller. ad Aesch. Eum. p. 136.

V. 90. σφέτερον] suam domum. V. Voss. ad hymn. Cer. 103.

V. 91. ἀλιτήμενον] Si sanum est, idem significat quod ἀλιτήμονα Il. XXIV, 157. 186. Callim. Dian. 123. Cf. Buttm. Gr. uber. II. p. 72.

V. 93. ἀχέων] ἀχέων quum sit verbum neutrum, necesse est, ut ἣν ἄτην coniungas cum μετεστοναχίζετο: quare delevi posituram post ὀπίσσω. Assentitur Rankius coll. Odyss. IV, 261.

V. 94. Ex hoc versu concludas pugnam cum Cycno factam esse ante duodecim labores patratos. Ad Eurystheum antea Iphicles commigraverat cupidine maxime et spe magni honoris: at quae fuerit eius ἄτη apud Eurystheum, ex Hesiodo non perspicitur.

V. 95. φοινικόεντα] Non recte Heinrich. interpretatur ebore splendentia; multum enim inter se differunt πορφύρεον (a πυρί derivandum geminata radice) et φοινικοῦν, quorum illud sane splendidum significat ad ignis instar, hoc vero nihil est nisi rubrum. Ceterum hunc et insequentem versum non esse antiqui auctoris arbitratur Thiersch. de Hes. p. 28. propter repetitionem, quae insit versibus 95—97. Tamen aliquantum differunt ἔχ' ἡνία et ἰθὺς ἔχε θοὸν ἅρμα, quorum hoc est: fac, ut recta via sine ambagibus currus contra Martem dirigatur. Si propter ἵππων ὠκυπόδων monitum est, ingrata quidem est ista repetitio, sed non magis suspecta quam ap. Hom. Il. VIII, 123. 129.

V. 96 seq. ἀέξων — ἔχειν] V. Matth. Gr. §. 544.

ἰθὺς ἔχειν θοὸν ἅρμα καὶ ὠκυπόδων σθένος ἵππων.
μηδὲν ὑποδδείσας κτύπον Ἄρεος ἀνδροφόνοιο,
ὃς νῦν κεκληγὼς περιμαίνεται ἱερὸν ἄλσος
Φοίβου Ἀπόλλωνος, ἑκατηβελέταο ἄνακτος·
ἦ μὴν καὶ κρατερός περ ἐὼν ἄαται πολέμοιο.
Τὸν δ' αὖτε προςέειπεν ἀμώμητος Ἰόλαος·
Ἠθεῖ', ἦ μάλα δή τι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
τιμᾷ σὴν κεφαλὴν καὶ ταύρεος Ἐννοσίγαιος,
ὃς Θήβης κρήδεμνον ἔχει ῥύεταί τε πόληα·
οἷον δὴ καὶ τόνδε βροτὸν κρατερόν τε μέγαν τε
σὰς εἰς χεῖρας ἄγουσιν, ἵνα κλέος ἐσθλὸν ἄρηαι.
ἀλλ' ἄγε δύσεο τεύχε' ἀρήϊα, ὄφρα τάχιστα
δίφρους ἐμπελάσαντες Ἄρηός θ' ἡμέτερόν τε

V. 97. ἔχειν] Harl. ἔχων.
V. 99. κεκλογὼς M2. Antea ὃς καὶ νῦν V1.
V. 101. καὶ] omisit P2. — ἄεται M3., ἀᾶται V1.
V. 103. ἠθεῖ', ἦ] ὦ θεῖ' ἦ V2. ἦ θεῖ' ἦ Pal. ἠθεῖε Par. ὦ ἠθεῖε, ἦ M2. Postea δήτοι.
V. 105. πόληα] πόληας M3. P2. πολησε M1.
V. 106. τε ante μέγαν deest in M2.
V. 108. ἀλλ' ἄγε] Sic P2. M1. 2. 3. V1. Dind. Vulgo ἀλλά γε.
V. 109. ἀμπελάσαντες V1.
V. 110. οὔτοι] Sic M1. V1. Harl. Bentl., Herm. Vulgo οὔτι.
V. 111. Bentl. οὐ Fιφικλείδην.

V. 101. ἄαται] Buttmann. Lexil. I. p. 300. et Gr. ub. II. p. 86. malit ἆται. Sed vide quae de his verborum generibus monui in Allgem. Lehre vom Accent d. gr. Sprache p. 97 seq. Nam praeter Hesiod. Op. 241. μηχανάαται legitur ap. Quint. Smyrn. I, 420. ὁράατε, ap. Nicand. Alex. 221. βρυκανάαται, Secund. in Brunck. Anal. III. p. 5. ἐξελάατε, de qua re dubitabat Buttmannus. Sed ἆται scribere non licet etiam propterea, quod ἄαται hic habet vim ac potestatem futuri, ut ἔδομαι, πίομαι (v. Buttm. Gr. ub. I. p. 408. II. p. 86.), quae necessario brevem habent ante exitum syllabam, ut futura esse videri queant. Nam εἶμι ad aliud genus pertinet, utpote cuius futura significatio pendet a notione verbi eundi. Hermannus l. l. p. 195. ἄαται non habet pro futuro, sed pro praesenti hac sententia: Auch ein noch so Tapferer wird des Kampfes satt. Hoc vero, si proverbium est, alienum videtur a sententia Hesiodi; nam ita qui dicit, in animo habet eos, qui, quanquam iuvenes strenui bellatores fuerunt, tamen vergente aetate pacem praeferunt.

V. 103. ἠθεῖ] Ἠθεῖον vocabulo honorifico adolescentes apud epicos poetas compellare solent maiorem natu.

V. 104. ταύρεος Ἐννοσίγαιος] De Neptuno, Onchesti in Boeotia culto, intelligi debere recte monuit Tzetza, eo tamen

μαρνάμεσθ', ἐπεὶ οὔτοι ἀτάρβητον Διὸς υἱὸν
οὐδ' Ἰφικλείδην δειδίξεται, ἀλλά μιν οἴω
φεύξεσθαι δύο παῖδας ἀμύμονος Ἀλκείδαο,
οἳ δή σφι σχεδόν εἰσι, λιλαιόμενοι πολέμοιο
φυλόπιδα στήσειν, τά σφιν πολὺ φίλτερα θοίνης.
Ὣς φάτο· μείδησεν δὲ βίη Ἡρακληείη,
θυμῷ γηθήσας· μάλα γάρ νύ οἱ ἄρμενα εἶπεν·
καί μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἥρως ὦ Ἰόλαε, διοτρεφές, οὐκέτι τηλοῦ
ὑσμίνη τρηχεῖα· σὺ δ' ὡς πάρος ἦσθα δαΐφρων,
ὣς καὶ νῦν μέγαν ἵππον Ἀρείονα κυανοχαίτην
πάντῃ ἀναστρωφᾶν, καὶ ἀρηγέμεν ὥς κε δύνηαι.
Ὣς εἰπὼν κνημῖδας ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ,

V. 112. *φεύξασθαι* M3.
V. 113. *εἰσί*] Sic M2. V1. Ceteri *εἶσι*. *Εἰσί* etiam Hermannus et Rankius. — *πτολέμοιο* M3.
V. 114. *φίλτερα*] P2. M2. Rehd. Harl. *φέρτερα*. Antea *σφι* M3.
V. 116. *θυμῷ*] V2. *μύθῳ*. — *νυ*] om. P2. M1.3.; ab aliis apud Rankium abest *οἱ*.
V. 119. *τρηχεῖα*] Em. Harl. M1. *τραχεῖα*.
V. 120. *Ἀρείονα κυαν.*] V2. *ἀρείονα Κυαν.*
V. 121. *γε δυν.* M1.
V. 122. *κνημῖσιν* V1.

falsus, quod a tauris ipsi immolatis hoc cognomen tulisse deum arbitratur. *Ταύρεος Ἐννοσίγαιος* est Neptunus, qui undis Onchesti lacus, taurorum instar mugientibus (cf. Aristot. Probl. XXIII, 2.), Thebarum urbem, cuius in se recepit custodiam, de periculis imminentibus advertit. V. Mülleri Orchom. p. 43. Ceterum Neptunum fuisse in dis Thebarum tutelaribus ex Aeschyl. Sept. 121 seq. Well. perspicitur.

V. 112. *δύο παῖδας Ἀλκείδαο*] Amphitruonis, filii Alcaei. *Παῖς* latiore sensu usurpatur.

V. 113. *σφι* aeque bene ad Martem solum pertinere potest (v. Voss. hymn. Cer. v. 103.), quam ad Martem et Cycnum. Illud h. l. praestare mihi videtur, hoc Rankio.

V. 120. *Ἀρείονα*] De hoc equo v. Pausan. VIII, 25. Hom. Il. XXIII, 346. 347. Schellenberg. ad Antim. rel. p. 65., quos laudavit Heinrichius. Non intelligi currum uno equo rectum iam monuit contra eundem Heinrichium Hermannus l. l. comparato loco Hom. Il. XXIII, 409. 525. Tamen huius rei exemplum est apud Eurip. Orest. 1004. *μονόπωλος ἀώς*.

V. 122. *ὀρειχάλκοιο*] Homero, tragicis atque Pindaro incognitum est hoc metallorum genus, ab auctore hymni in Vener. 9. primo memoratum: *ἐν δὲ τρητοῖσι λοβοῖσιν ἄνθεμ' ὀρειχάλ-*

Ἡφαίστου κλυτὰ δῶρα, περὶ κνήμῃσιν ἔθηκεν·
δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε,
καλόν, χρύσειον, πολυδαίδαλον, ὅν οἱ ἔδωκε
Παλλὰς Ἀθηναίη, κούρη Διός, ὁππότ' ἔμελλε
τοπρῶτον στονόεντας ἐφορμήσασθαι ἀέθλους.
θήκατο δ' ἀμφ' ὤμοισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα σίδηρον
δεινὸς ἀνήρ· κοίλην δὲ περὶ στήθεσσι φαρέτρην
καββάλετ' ἐξόπιθεν· πολλοὶ δ' ἔντοσθεν ὀϊστοὶ
ῥιγηλοί, θανάτοιο λαθιφθόγγοιο δοτῆρες.

V. 124. ἔδυνε] V2. ἔδυνεν, et sic semper in fine versus.

V. 125. περιδαιδάλεον M1. — ὅν οἱ ἔδωκε] Sic M2. 3. V1. Vit. Male vulgo ὅν ῥ' οἱ ἔδωκε. V. Herm. Orph. p. 780.

V. 130. κάββαλε δ' ἐξ. M2. — ἔντοσθεν] V2. τοι ἔσσαν.

V. 131. ῥιγαλοί, — λαθηφθ. M1. — Minus placeret, si, de quo ambigi posse dicebat Hermannus, post δοτῆρες commate distingueretur.

V. 132. θάνατ' εἶχον V1.

V. 134. μόρφνοιο] Vulgo μορφνοῖο. V. Allgem. Lehre vom Accent p. 195.

V. 135. εἵλετο δ' ὄμβριμον ἔγχος — αἴθοπι χαλκῷ] Vulgo πτερύγεσσιν Ἧσαν. ὁ δ' ὄμβριμον ἔγχος — εἵλετο χαλκῷ, quo nihil potest languidius fingi. Pro εἵλετο tamen M1. 3. V1. Vit. Em. P2. αἴθοπι; porro M2. ἀκάχμιον εἵλετο θυμῷ. Quod ego

κου, χρυσοῖό τε τιμήεντος. Schol. Apollon. IV, 973: Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Τελεταῖς φησι μὴ ὑπάρχειν τὸ ὄνομα μηδὲ τὸ τούτου εἶδος. V. Boisson. ad Philostr. Her. p. 602. Boeckh. Corp. Inscr. I. p. 260 seq. 286. Metrol. Unters. p. 347. Tamen Latinorum aurum in ὀρειχάλκου (aurichalci) vocabulo latere videtur. Sic auratum antiqui dicebant oratum. V. Macrob. Sat. III, 15. et Glossar. H. Steph., ubi legitur aurochalca. Videtur a Tuscis primum, ex quorum sermone aurum receptum est Latinis, hoc metallorum genus Graecis allatum esse, conflatum ex auro et cupro, proprio illo Tuscorum metallo. Atqui Tyrrheni (nempe Tusci) noti sunt auctori hymn. in Bacchum v. 8., et cuprum propterea Veneri acceptum fuisse videtur, quod in Cypro insula magna eius metalli vis effodiebatur, unde nomen tulit apud nos. Cuprum enim est metallum Cyprium. V. Engel: Kypros I. p. 43.

V. 128. σίδηρον] ensem.

V. 132. δάκρυσι μῦρον] Mirum, si dictum esset pro: ciebant lacrimas occisorum cognatis, ut arbitratur cum Tzetza Heinrichius; potius intelligendum est de sagittis venenatis. Scholium Tzetzae sic corrigas sis: μῦρον ἔῤῥεον δὲ καὶ ἔσταζον [καὶ δάκρυσι μῦρον, ἀντὶ τοῦ μύρεσθαι ἐποίουν τοὺς τῶν ἀναιρεθέντων οἰκείους], ὡς κεχρισμένων τῶν βελῶν ὄντων θανασίμῳ φαρμάκῳ. Uncis inclusa inserenda sunt post φαρμάκῳ, nam verbis καὶ δάκρυσι μῦρον inchoatur alia quaedam hunc locum explicandi ratio.

V. 134. μόρφνοιο φλε-

πρόσθεν μὲν θάνατόν τ' εἶχον καὶ δάκρυσι μῦρον,
μέσσοι δὲ ξεστοί, περιμήκεες, αὐτὰρ ὄπισθεν
μόρφνοιο φλεγύαο καλυπτόμενοι πτερύγεσσιν.
εἵλετο δ' ὄβριμον ἔγχος ἀκαχμένον αἴθοπι χαλκῷ·
κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκε,
δαιδαλέην, ἀδάμαντος, ἐπὶ κροτάφοις ἀραρυῖαν,
ἥτ' εἴρυτο κάρη Ἡρακλῆος θείοιο.
Χερσί γε μὲν σάκος εἷλε παναίολον, οὐδέ τις αὐτὸ
οὔτ' ἔῤῥηξε βαλὼν οὔτ' ἔθλασε, θαῦμα ἰδέσθαι.

recepi est ex Hermanni emendatione ephem. litt. Lips. l. l. p. 94. Quam emendationem minus probandam esse propterea Rankius putat, quod apud Homerum, ubi hoc versiculo utitur, semper *ὀξέϊ χαλκῷ*, non *αἴθοπι χαλκῷ* reperiatur, quo longe sit alterum significantius. Recte quidem, sed eam ipsam ob causam, quod non totum versiculum mutuatus esse videri vellet noster poeta, aliud epitheton addidit. Cf. 156. cum Iliad. XVIII, 535.

V. 136. *κυανέαν* M1.

V. 137. *ἀδάμαντος*] M1. P2. *ἀδάμαντον.*

V. 138. *εἴρυτο*] V2. M1. *ἤρυτο.* V1. *ἔρρυτο.* — *κάρην* M2.

V. 139. *χερσὶ δὲ — παραίολον* M2. *χερσὶ μὲν* Pariss. ap. Rank. — *εἶχε παν.* M3.

V. 140 — 143. desunt in M1.

γύαο] *ἐπτερωμένοι ἦσαν μέλανος ἀετοῦ φλεγύον ἐκ τοῦ φλέγειν καὶ λαμπρὸν εἶναι· οἱ δὲ ὄρνεον εἶναι παραπλήσιον γυπί.* SCHOL. V. Etym. M. s. v. Mülleri Orchom. p. 195. 196.

V. 137. *ἀδάμαντος*] *Ἀδάμας* habendus est in numero fictitiorum metallorum, vel incognitorum posteris. Blomf. Aesch. Prom. 6. male ferrum intelligi dicit.

V. 139. In hac quae sequitur descriptione clipei ne quis putet poetam ita sibi animo finxisse formam scuti figuramque, ut ab artifice posset vel exsculpi vel delineari; is enim rem actam ageret, quum iusto liberius evagarit poetae ingenium; vid. v. 217 seq. Similiter de Homeri clipeo Achilleo iudicavit Letronne in Annali dell' instituto di corr. arch. I. p. 394. Quanquam qui imaginem clipei Hesiodii nuper expressisse dicitur Schwanthalerus (v. Kunstblatt anni 1840. N. 48.), sua laude non privandus esse videtur. Ceterum vv. 141 — 317., quibus continetur uberior scuti descriptio, additos esse a poeta aliquanto seriore monui ad vv. 217. 318. Antiquior poeta scripserat: *χερσί γε μὲν σάκος εἷλε παναίολον· οὐδέ τις αὐτὸ οὔτ' ἔῤῥηξε βαλὼν οὔτ' ἔθλασε, θαῦμα ἰδέσθαι, θαῦμα ἰδεῖν καὶ Ζηνὶ βαρυκτύπῳ, οὗ διὰ βουλὰς κτἑ.* v. 318 seq. Similiter Pindar. Pyth. I, 47: *τέρας μὲν θαυμάσιόν τι ἰδέσθαι, θαῦμα δὲ παριόντων ἀκοῦσαι.* Aliter Thierschius de Hes. p. 27., qui descriptionem scuti antiquius esse carmen putat, cui deinde reliqua addita ab rhapsodis fuerint.

πᾶν μὲν γὰρ κύκλῳ τιτάνῳ λευκῷ τ' ἐλέφαντι
ἠλέκτρῳ θ' ὑπολαμπὲς ἔην, χρυσῷ τε φαεινῷ
λαμπόμενον, κυάνου δὲ διὰ πτύχες ἠλήλαντο.
ἐν μέσσῳ δὲ δράκοντος ἔην φόβος οὔτι φατειός,
ἔμπαλιν ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισι δεδορκώς·
τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν πλῆτο στόμα λευκὰ θεόντων,
δεινῶν, ἀπλήτων, ἐπὶ δὲ βλοσυροῖο μετώπου
δεινὴ ἔρις πεπότητο κορύσσουσα κλόνον ἀνδρῶν,
σχετλίη, ἥ ῥα νόον τε καὶ ἐκ φρένας αἴνυτο φωτῶν.

V. 141. λευκῇ M2.
V. 143. κυάνου] M2. κυανοῦ.
V. 144. δὲ δράκοντος] Sic MSS. et editi omnes. Sed ex Tzetzae schol. elucet in quibusdam exemplaribus scriptis inventum esse δ' ἀδάμαντος, quod recipiendum in textum esse putabat Rankius. De Gorgonis capite non cogitavit poeta. V. v. 23. — φατειός] Em. φατεινός.
V. 145. ἔμπαλιν] P2. M3. ἔμπαλι δ'. — λαμπόμενοι M1.
V. 146. θεώντων M3.
V. 147. μετώπου] V2. προσώπου.
V. 148. δεινὴ ἔρις] Vulgo δεινὴ Ἔρις. — πεπότατο — κορύσσα M1.
V. 149. σχετλία et paulo post sine ἐκ M1. — αἴνυτο] Recomparaverunt Welckerus et Müllerus.

V. 141. κύκλῳ] Recte Heinrich. dictum esse censet pro πᾶν σάκος ἐν κύκλῳ, vel πᾶς κύκλος τοῦ σάκεος. Totus enim clipeus quadripartitus fuisse videtur, prima pars gypso (τιτάνῳ), secunda ebore, electro tertia, et quarta auro ita exornata, ut quattuor hae areae laminis caeruleis distinguerentur (κυάνου δὲ πτύχες διηλήλαντο), totum autem Oceano circumdaretur. Cf. praeterea Welckerum (Zeitschr. f. Gesch. d. alten Kunst I. p. 553.) et Muellerum (Zeitschr. für Alterth. 1834. No. 110.)

Ibid. ἐλέφαντι] V. Heyn. Comment. Soc. sc. T. I. p. 111. et Heinr. praef. ad Scut. p. LIX.

V. 142. ἠλέκτρῳ] τὸ ἤλεκτρον (ab ἕλκειν cum Buttmanno derivandum) hic non est metallorum genus, sed quod nos dicimus Bernstein, αἱ ἤλεκτροι artificium ex eadem materia. V. Buttm. Mythol. II. p. 346 seq.

V. 144. φόβος] horrenda facies. Bene Pausaniam V, 19.

V. 145. ἔμπαλιν — δεδορκώς] i. e. λοξὰ βλέπων.

V. 146. λευκὰ θεόντων] Vid. v. 224. Theogon. 733. Cf. quos laudavit Heinrich. Invenitur primum apud Homerum Od. XXIV, 208: ἔνθα οἱ οἶκος ἔην, περὶ δὲ κλίσιον θέε πάντη.

V. 148. δεινὴ ἔρις] δεινὴ Ἔρις ab hoc loco alienum est, vel propter v. 156. Inepte etiam, ut hoc addam, dictum esset: δεινὴ Ἔρις πεπότητο ἐπὶ βλοσυροῦ μετώπου, quod quomodo poeta sibi cogitarit, non facile quispiam assequatur; nam quo minus interpretere: draconis cervici imminet Eris, ut voluit Heinrichius, impedit tam μετώπου vocabuli significatio, quam totius loci tenor. Igitur non erraveris, si ita interpretatus fueris: auf dem grimmigen Antlitz schwebt (ist ausgedrückt) Kampfwuth.

οἵτινες ἀντιβίην πόλεμον Διὸς υἷι φέροιεν.
τῶν καὶ ψυχαὶ μὲν χθόνα δύνουσ' Ἄϊδος εἴσω
αὐτῶν, ὀστέα δέ σφι περὶ ῥινοῖο σαπείσης
Σειρίου ἀζαλέοιο κελαινῇ πύθεται αἴῃ.
ἐν δὲ Προΐωξίς τε Παλίωξίς τε τέτυκτο,
ἐν δ' Ὅμαδός τε Φόβος τ' Ἀνδροκτασίη τε δεδήει.
ἐν δ' Ἔρις, ἐν δὲ Κυδοιμὸς ἐθύνεον, ἐν δ' ὀλοὴ Κὴρ
ἄλλον ζωὸν ἔχουσα νεούτατον, ἄλλον ἄουτον,
ἄλλον τεθνηῶτα κατὰ μόθον ἕλκε ποδοῖιν.

cte sic scripsit Dind. ex marg. Em. et V2.; nam εἴλετο, quod vulgo circumfertur, est glossema. M2. adeo εἴλετο βροτῶν. V. Hom. Il. IV, 531: ἐκ δ' αἴνυτο θυμόν. V, 155: φίλον δ' ἐξαίνυτο θυμόν.

V. 151. δύμενος V1.

V. 152. περ ῥιν. M2. — σαπείση M1., περὶ ῥινοῖο, sed supra scripto —ρω— M3.

V. 153. κελαινῇ] μελαίνῃ Harl. κελαινῶν M1.

V. 155. Φόβος τ' — δεδήει] Vit. φόνος τε ἀνδρῶν ἀνδροκτασιάων. Em. φόνος τ' ἀνδρῶν ἀνδροκτασίη τε. P2. M1. φόνος τε ἀνδρῶν ἀνδροκτασίη. φόνος praeferunt Hermannus et Rankius.

V. 156. κύδογκος M1.

V. 157. ἀούτατον V1.

V. 151. τῶν] ad αὐτῶν pertinens (v. 152.), non est articulus, ut voluit Heinrichius, sed pronomen demonstrativum, ut in iis exemplis, quae protulit vir doctissimus, Il. VII, 170. XXI, 114.; αὐτῶν oppositum est τοῖς ὀστέοις, aliter atque Il. I, 4.

V. 152. περὶ ῥινοῖο σαπείσης] περί coniunge cum σαπείσης. Eodem modo ὀστέα et ῥινοί coniunguntur ap. Apoll. Rh. Arg. II, 201: ῥινοὶ δὲ σὺν ὀστέα μοῦνον ἔεργον. Cf. Valcken. Callim. eleg. fr. p. 27. Similiter Theocr. II, 89: αὐτὰ δὲ λοιπὰ ὀστέ' ἔτ' ἦς καὶ δέρμα. Ceterum ῥινός femininum est apud recentiores epicos, ut Apoll. Rh. II, 58.

V. 153. Σειρίου ἀζαλέοιο] quando Sirius torret. Non magis opus est supplere ὑπό vel ὄντος, quam in genitivis θέρους, ἔαρος, ὄρθρου Op. 575. αἰθρίας Aristoph. Nubb. 367. V. Matthiae Gr. Gr. §. 377, 2. et quae diximus ad Aristot. Oec. p. 82. Sirius hic non est pro sole, quod habent seriores epici. V. Herm. Orph. p. 813.

V. 156—159. Hi versus a rhapsodo sublecti Homero Iliad. XVIII, 535—538. Sed propterea non sunt relegandi. Cf. Herm. l. l. p. 93. Nam de Eride bis memorata dictum est ad v. 148., et cur hic Κήρ, omnium personarum maxime terribilis, ferri non possit, non perspicitur. Nam personas vere affabre factas hic intelligi, non quasi epithetis describi horrendam medii clipei imaginem, quae Muelleri et Rankii sententia est, eo concludi potest, quod versus 160., nisi faciem personae cogites, inepte adiectus esset. Inprimis autem ἐθύνεον v. 156., pro quo apud Homerum legitur ὡμίλεον, argumento est haec de industria addita esse a poeta nostro. Nam ἐθύνεον est vocabulum Hesiodium. V. Cramer. Anecd. Oxon. I. p. 55.

V. 157 seq. His personis τεθνηκότος, νεουτάτου et ἀούτου tres pugnae sortes: letum, vulnus et captivitas, significantur.

εἷμα δ' ἔχ' ἀμφ' ὤμοισι δαφοινεὸν αἵματι φωτῶν,
δεινὸν δερκομένη καναχῇσί τε βεβρυχυῖα.
ἐν δ' ὀφίων κεφαλαὶ δεινῶν ἔσαν, οὔτι φατειῶν,
δώδεκα, ταὶ φοβέεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων,
οἵτινες ἀντιβίην πόλεμον Διὸς υἷι φέροιεν·
τῶν καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλεν εὖτε μάχοιτο
Ἀμφιτρυωνιάδης, τὰ δὲ δαίετο θαυματὰ ἔργα.
στίγματα δ' ὣς ἐπέφαντο ἰδεῖν δεινοῖσι δράκουσι·
κυάνεοι κατὰ νῶτα, μελάνθησαν δὲ γένεια.
ἐν δὲ συῶν ἀγέλαι χλούνων ἔσαν ἠδὲ λεόντων
ἐς σφέας δερκομένων, κοτεόντων θ' ἱεμένων τε.

V. 159. Vulgo *δαφοίνεον*. Sed recte M2. V1. V. Allg. Lehre vom Accent. p. 294.

V. 160. *βεριθεῖα* M1., *κανοχῇσί τε βεβριθυῖα* M3., *βεβρυχυῖαι* V1. Vulgo *βεβριθυῖα*. Recepi lect. M2. V1., ut iam coniecerat Ruhnkenius.

V. 162. Post h. v. in M1. sequuntur vv. 140—143. scripto tamen *ὑπολαλαπές* pro *ὑπολαμπές* et omisso *λαμπόμενον*. — *τοὶ βόσκονται*, in marg. *γρ. ταὶ φοβέεσκον* M3.

V. 163. *Διὸς* deest in M1.

V. 164. *μάχετο* V1.

V. 165. *θαυματὰ*] Hoc pro *θωῦτὰ* recepi cum Gaisf. et Dind. ex V2. Pal. Par. (ap. Ruhnk.) Neap., duobus Flor.; *θαυμαστὰ* P2. Med. duo alii Florr. ap. Lennep. Vit., *θέσκελα* unus Flor. ap. Lennep., *σ' ἐδαίετο θαυμαστὰ* M1., *ἐδέετο θαυμαστὰ* M2., *θαυμαστὰ* etiam V1.

V. 166 seq. *στίγματα — κυάνεα*] Male habet ultima vocis *κυάνεα* producta, quare Herm. ad Orph. p. 702. coniecerat *στιγμαὶ — κυάνεαι*, quod sustentatur Pal. Par. 2. Vit. M1. 3. V1., qui habent *κυάνεοι*. Nunc autem recipiendum esse putat *κυάνεοι*,

Maxime memorabilis est *ἄουτος* forma, etiam Homero l. l. usurpata. Nam analogum erat *ἀνούτατος* Il. IV, 540. vel *ἀνούτητος*, unde *ἀνουτητί* Il. XXII, 371., si ab *οὐτάω* derivandum erat; quare, nisi Homeri locus omnibus sustentaretur codicibus, ab auctore nostro scriptum esse *ἀλωτόν* vel *ἁλόντα* contenderem.

V. 164. Haec Rankius ita interpretatus est, ut non de collisis ipsorum serpentum dentibus intelligeret, sed de dentibus pugnatorum, qui tremore colliderentur, quum Hercules in pugnam procederet. Hoc vero prorsus non patitur ratio verborum *ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλεν* et *τὰ δὲ δαίετο ἔργα*. Capita ista serpentum ita scuto infixa erant, ut thysanorum instar propendula moverentur cum scuto sublato et ultro citroque moto. Hinc effectus est stridor dentium collisis faucibus.

V. 165. *δαίετό θαυματὰ ἔργα*] *Δαίετο*, ardebant fulgore metalli. HEINR. *θαυματά* pro *θαυμαστά*, ut *ἀγατός* pro *ἀγαστός*, *ἀδάματος* pro *ἀδάμαστος*.

V. 166. *ἐπέφαντο ἰδεῖν*] V. Matth. Gr. §. 535.

V. 168. *χλούνων*] Contractum esse videtur ex *χελούνης*, ut a *χελών* derivetur, quod apprime accommodatum apro est pro-

τῶν καὶ ὁμιληδὸν στίχες ἤϊσαν· οὐδέ νυ τοίγε
οὐδέτεροι τρεέτην· φρῖσσόν γε μὲν αὐχένας ἄμφω.
ἤδη γάρ σφιν ἔκειτο μέγας λῖς, ἀμφὶ δὲ κάπροι
δοιοί, ἀπουράμενοι ψυχάς, κατὰ δέ σφι κελαινὸν
αἷμ' ἀπελείβετ' ἔραζ'· οἳ δ', αὐχένας ἐξεριπόντες,
κείατο τεθνηῶτες ὑπὸ βλοσυροῖσι λέουσι.
τοὶ δ' ἔτι μᾶλλον ἐγειρέσθην, κοτέοντε μάχεσθαι,
ἀμφότεροι, χλουναί τε σύες χαροποί τε λέοντες.
ἐν δ' ἦν ὑσμίνη Λαπιθάων αἰχμητάων
Καινέα τ' ἀμφὶ ἄνακτα Δρύαντά τε Πειρίθοόν τε

quae constructio propter *δράκουσι* mutata sit. Mihi simplicissimum videtur post *δράκουσι* interpungere, ut ad *κυάνεοι* suppleatur *ἦσαν*, ut v. 183. Nam istam mutatam constructionem non facile tuleris in tam arcte coniunctis vocabulis.

V. 169. *κοτιέντων* M1. — M2. *τ' ἱεμένων*.

V. 170. *ὁμιληδὸν*] P2. V2. *ὁμιλαδόν*. — *τῶν ὁμιληδῶν στίχες ἴσαν* M1., *ἴσαν* etiam V1. — *τοίγε*] Sic Par. pro *τώγε* vel *τῶν γε* [sic M2.], quod habent ceteri. Qui illud mutarunt, eos male habebat pluralis in *τοίγε* et *οὐδέτεροι* iunctus duali *τρεέτην*. *ἴεσαν τῶν γε* M3.

V. 171. *οὐδέτεροι*] P2. *οὐδέτερον*. M2. V1. *οὐδ' ἕτ. τρεείτην* M3. Porro M2. *φρένας ἄμφω*.

V. 172. *λῖς*] V1. 2. M2. *λίς*. Sed v. Allg. Lehre v. Acc. p. 241. Recte *λῖς* M1. 3.

V. 173. *δυοί — ψυχᾶς* M2.

V. 174. *ἀπελίβετ'* M2.

V. 176. *ἐγειρέθην*, sed supra *ἀγ.* M3. — *κοτέοντε*] Vit. *κότεόν τε*.

V. 178. *ὑσμίνη μάχη Λ.* M1. V1.

V. 179. *καὶ νέατ'* M1., *καὶ νέα* V1. — *Δρίαντα* M2.

pter varronum incondita rostra, ut Lucilius ait.

V. 169. *θ' ἱεμένων τε*] V. annot. crit. ad v. 65.

V. 173. *ἀπουράμενοι*] Recte reflexivam medii significationem ita agnoscit Hermannus, ut *ἀπουράμενοι* etiam ad leones pertinere dicat, qui invicem se interfecerant. Paulo aliter Rankius: „qui sibi vitam eripuerant sc. pugnando prae reliquis, i. e. qui pugnantes vitam amiserant." Hoc autem admodum mire dictum foret neque valeret nisi de eo, qui ipse mortem sibi conscivisset. Idem Rankius *οἱ δέ* (v. 174.) oppositum esse putat *αἵματι* eodem versu, quum pateat *οἱ δέ* pertinere ad solos apros, *σφί* vero v. 173. tam ad leonem, quam ad apros.

V. 178. *Λαπιθάων*] V. Boettiger. Griech. Vasengem. I, 3. p. 75. Müller. Orchom. p. 194 seq.

V. 179. *Καινέα τ' ἀμφὶ ἄνακτα*] Haec minus recte ita explicantur ab Heinrichio, ut omisso *τῶν* articulo *ἀμφί* periphrasin personae facere videri debeat pro *Καινέως τ' ἄνακτος Δρύαντός τε κτἑ.* Nam in hoc loquendi genere articulus nullo modo abesse potest. Sic Hom. Il. IX, 80: *ἐκ δὲ φυλακτῆρες σὺν τεύχεσιν ἐσσεύοντο ἀμφί τε Νε-*

Ὁπλέα τ' Ἐξάδιόν τε Φάληρόν τε Πρόλοχόν τε
Μόψον τ' Ἀμπυκίδην, Τιταρήσιον, ὄζον Ἄρηος,
Θησέα τ' Αἰγείδην, ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν·
ἀργύρεοι, χρύσεια περὶ χροῒ τεύχε' ἔχοντες.
Κένταυροι δ' ἑτέρωθεν ἐναντίοι ἠγερέθοντο
ἀμφὶ μέγαν Πετραῖον ἰδ' Ἄσβολον οἰωνιστὴν
Ἄρκτον τ' Οὔρειόν τε μελαγχαίτην τε Μίμαντα
καὶ δύο Πευκείδας, Περιμήδεά τε Δρύαλόν τε,
ἀργύρεοι, χρυσέας ἐλάτας ἐν χερσὶν ἔχοντες.
καί τε συναΐγδην ὡςεὶ ζωοί περ ἐόντες

V. 181 seq. Pro his versibus Em. *Μόμψον δ' Ἀργείδην ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν.* V. 182. in Iliad. I, 265. migravit.

V. 183. Hic versus, quia deest in MS. M2. Voss. et Harl., pro spurio habetur a Ruhnkenio, Gaisfordio et Dind. Mihi genuinus esse videtur. V. animadv. expl. — *χρύσεα* M1. V1.

V. 184. *Κένταυροι δ'*] Em. *Κένταυροί θ'*, M2. *Κενταῦροι δ'*.

V. 185. *Πτεραῖον* V1. — *ἠδ'* M1.

V. 186. *Οὔρειον*] V2. M1. *Θούριόν τε*, M2. *τ' οὔριον* — *μελεγχέτην*, M3. *θούρειόν τε, θ' οὔριόν* V1.

V. 187. *Πευκίδας* M1.

V. 188. *ἀργύρεοι — ἔχοντες*] *ἀργυρέας — ἔχοντας* Harl. — *ἐνὶ χερσ.* M3.

V. 189. *συναΐγδην*] Ita V. D. observ. misc. I. p. 416. cum Voss. Med. Etym. M. p. 40, 31. pro eo, quod ante Heinr. edebatur, *συναΐκτην*, quod retinet Buttmann. Lexil. I. p. 16.

V. 192. *ἐναρφόρος*] Em. *ἐναριφόρος*, M1.3. V1. et alii ap. Rankium *ἐναρσφόρος*, Med. P2. *ἐναροφόρος*.

στορίδην Θρασυμήδεα, ad hoc genus pertinere nego. Ut hic est simplex structura *οἱ φυλακτῆρες ἐσσεύοντο ἀμφὶ Θρασυμήδεα*, ita apud nostrum *ὑσμίνη Λαπιθάων ἦν ἀμφὶ Καινέα Δρύαντά τε κτἑ.*

V. 183. Bello Lapitharum et Centaurorum ab illis victorum indicatur victoria militiae ordinata incedentis acie atque cultioribus armis instructae de rudi antiquioris temporis agmine reportata. Hoc significatur etiam nominibus Lapitharum et Centaurorum, de quibus vide Mülleri Orchom. p. 197. Buttm. Mythol. II. p. 221., significatur etiam versu, *ἀργύρεοι, χρύσεια περὶ χροῒ τεύχε' ἔχοντες*, apto illo Lapithis, et altero *ἀργύρεοι, χρυσέας ἐλάτας ἐν χερσὶν ἔχοντες*, Centauris, rudioribus armis usis, accommodato. Quibus consentaneus est v. 190. *ἔγχεσιν ἠδ' ἐλάτης αὐτοσχεδὸν ὠριγνῶντο*; nam *ἔγχεα*, pila, sunt opposita *ἐλάταις*, rudibus Centaurorum perticis. Nam *Κένταυροι* magis videntur *κοντοφόροι* esse quam *κέντορες ἵππων* (Il. IV, 391.). Post *ἀργύρεοι* supple *ἦσαν*.

V. 191. Hinc poetam novam ordiri imaginem puto, quae non pertineat ad certamen Centaurorum cum Lapithis.

V. 192. *ἐναρφόρος*] Mira compositionis imago male ad analogiam *πυρφόρος* vocabuli directae. Ex variis lectionibus ap-

κλυζομένῳ ἴκελος· πολλοί γε μὲν ἂμ μέσον αὐτοῦ
δελφῖνες τῇ καὶ τῇ ἐθύνεον ἰχθυάοντες,
νηχομένοις ἴκελοι· δοιοὶ δ' ἀναφυσιόωντες
ἀργύρεοι δελφῖνες ἐθοίνων ἔλλοπας ἰχθῦς.
τῶν δ' ὕπο χάλκειοι τρέον ἰχθύες· αὐτὰρ ἐπ' ἀκταῖς
ἧστο ἀνὴρ ἁλιεὺς δεδοκημένος· εἶχε δὲ χερσὶν
ἰχθύσιν ἀμφίβληστρον, ἀποῤῥίψοντι ἐοικώς.
ἐν δ' ἦν ἠϋκόμου Δανάης τέκος, ἱππότα Περσεύς,
οὔτ' ἄρ' ἐπιψαύων σάκεος ποσὶν οὔθ' ἑκὰς αὐτοῦ,

V. 204. ἀγορῇ M1.

V. 205. ἐν ἀγῶνι θεαὶ δ' cum Graevio Heinrichius. Hanc distinctionem non patitur sedes δέ particulae. Revocavi pristinam positaram cum Boiss. et Dind.

V. 206. μελπομένης] Sic V2. Ceteri μελπομέναις. M3. Πιερίηδες μελπ.

V. 208. καττιτέροιο M2.

V. 209. ἂν μέσον M3.

V. 211. δοιοὶ] V2. δοιώ. Postea ἀμφυσ. M2.

V. 212. ἐθοίνων] ἐφοίτων Harl. M2. 3. Dind. V1. ἐφοίβων.

V. 213. τῶν δ'] Sic V2. M3. Em. δ' vulgo abest. — ὑποχάλκεοι V1.

V. 214. δεδοκημένος] P2. M1. δεδοκευμένος. [Pro ἧστο Bentl. ἕζετ'. F. I.]

V. 215. ἀποῤῥίψωντι M1.

V. 216. ἠϋκόμου Δανάης τέκος] ἠϋκόμοιο M1. et sex alii ap. Rankium, quorum magna pars neque τέκος agnoscit. Mirum, ni ii, qui ἠϋκόμοιο scripserunt, Δανᾶς vel legerunt vel pronuntiarunt. V. Herodian. περὶ μον. λέξ. p. 8, 1.

τέροιο] V. Etym. M. p. 650, 34. Eckhel. Doctr. num. I, 1. p. XXIII. Varin. p. 339. Dind.

V. 211. ἀναφυσιόωντες] Ovid. Met. III, 686: acceptum patulis mare naribus efflant. Hermannus vero non recte ἀναφυσιόωντες coniungi iubet cum ἔλλοπας ἰχθῦς, ut sit „aufscheuchend."

V. 212. ἐθοίνων] Hoc vocabulum, quanquam hic solum active usurpatum, non debebat in ἐθοινῶντο mutari ab Rankio. — ἔλλοπας] V. Lobeck. ad Phryn. p. 78.

V. 216. Περσεύς] Herculis proavus.

V. 217. οὔτ' ἄρ' ἐπιψαύων — ἑκὰς αὐτοῦ] Mirum sane commentum, quod condonarim poetae nostro ut simulacrum poeticum, nisi meminissem Pliniani loci, quo simile narratur Dinocharis artificium. Est is Histor. nat. XXXIV, 42: Magnete lapide Dinochares architectus Alexandriae Arsinoes templum concamerare inchoaverat, ut in eo simulacrum eius e ferro pendere in aere videretur. Intercessit mors et ipsius et Ptolemaei, qui id sorori suae iusserat fieri. Atque tale artificium τῆς Ἡρακλείας λίθου (v. Plat. Ion. p. 533. D.) in scuto ipsius Herculis faciendum in mente fuisse nostro, eique recentiori poetae, quanquam id minime conveniens, non multum absum, quin arbitrer (v. quae

θαῦμα μέγα φράσσασθαι, ἐπεὶ οὐδαμῇ ἐστήρικτο.
τῶς γάρ μιν παλάμαις τεῦξε κλυτὸς Ἀμφιγυήεις
χρύσεον· ἀμφὶ δὲ ποσσὶν ἔχε πτερόεντα πέδιλα.
ὤμοισιν δέ μιν ἀμφὶ μελάνδετον ἄορ ἔκειτο
χάλκεον ἐκ τελαμῶνος· ὁ δ' ὥςτε νόημα ποτᾶτο.
πᾶν δὲ μετάφρενον εἶχε κάρη δεινοῖο πελώρου,
Γοργοῦς· ἀμφὶ δέ μιν κίβισις θέε, θαῦμα ἰδέσθαι,
ἀργυρέη· θύσανοι δὲ κατῃωρεῦντο φαεινοὶ

V. 218. φράσσασθαι, ἐπεὶ οὐδαμῇ] Sic ex V1. 2. M3. Med. cum Dind. scripsi pro φράσσασθ', ἐπεὶ οὐδαμῇ, quum huius generis elisio rara sit in arsi. V. Herm. hymn. Merc. 133. Spitzner. de versu Gr. her. p. 464. Sed v. eund. exc. XIII. ad Il. p. XXXIV.

V. 219. τῶς M2. V. Lehre v. Accent. p. 335. Lehrsius (Quaest. ep. p. 63.) quibus locis demonstrare possit Apollon. Dyscolum pronunciasse ὥς, nescio. Ipse Apollon. oxytonon tantum agnoscit.

V. 220. ἔσχε V1.

V. 221. ὤμοισιν δέ μιν ἀμφὶ] Vide ne scripserit poeta δέ οἱ ἀμφί. Hermannus δ' ὁ μὲν ἀμφὶ, ut, quemadmodum licet dicere περιβέβλημαι ξίφος, ita dicatur ἀμφίκειμαι ξίφος. Similiter sane Polemo in Brunck. Anal. II. p. 184. καὶ περίκεισο ἄνθεα; sed an ita hic Hesiodus dixerit, dubito. Rankius γε μέν, sed pronomine carere locus non potest.

V. 222. χάλκεον] Med. χαλκέον. In iis, quae sequuntur, olim Herm. Orph. p. 694. ὁ δ' ἔπτατο ὥςτε νόημα scribi iusse-

V. 329. Spohnius haec ita iungi iubebat: *ὅς τε κρυπταδίης εὐνῆς παρακαίρια ῥέζων κασιγνήτου ἑοῦ ἀνὰ δέμνια βαίνῃ*, verum hoc nec Graeci sermonis ratio neque Hesiodi simplicitas patitur; Hermannus: *ἀνὰ δέμνια κρυπταδίης εὐνῆς ἀλόχου κασιγνήτοιο ἑοῦ*, in quo tres genitivi eadem significatione iunguntur; mihi ad *κρυπταδίης εὐνῆς* videtur supplendum *ἕνεκα*, quod familiare est epicorum poetarum supplementum. Ceterum non opus est monito *κασίγνητον* hic esse latiore sensu eum, qui proximus est sacrae scripturae. Hesych. *κάσις· ἡλικιώτης*. Hermannus vero Persen fratrem notare voluisse arbitratur. Mihi hoc non probatur. In universum comparandus est versus Phocylidis 182. Br.: *μηδὲ κασιγνήτων ἀλόχων ἐπὶ δέμνια βαίνειν*.

V. 337. *ἁγνῶς καὶ καθαρῶς*] pura mente puroque corpore. Ceterum tres animadverte immortales placandi modos: *ἀγλαὰ μηρία καίειν, σπένδειν* et *θυέεσσιν ἱλάσκεσθαι*; libatio fit vesperi, mane vero thure placantur dii.

V. 341. *ὄφρ' ἄλλων κτέ.*] Vereor, ne hic versus traiiciendus sit post 301: *βιότου δὲ τεὴν πιμπλῇσι καλιήν*: ineptissimus enim hic esse videtur.

V. 344. *ἐγκώμιον*] *Ἐγχώριον*, quod legitur in aliis exemplaribus, est glossema. Ascra Hesiodo est *κώμη*; vid. v. 639. — *γένοιτο*] i. e. quotiescunque accidat.

V. 345. *ἄζωστοι*] i. e. non tantum sibi temporis sumunt, ut tu-

ὥς κέ τοι ἵλαον κραδίην καὶ θυμὸν ἔχωσιν·
ὄφρ' ἄλλων ὠνῇ κλῆρον, μὴ τὸν τεὸν ἄλλος.
Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι·
τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν, ὅςτις σέθεν ἐγγύθι ναίει.
εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγκώμιον ἄλλο γένοιτο,
γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.
Πῆμα κακὸς γείτων ὅσσοντ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.
Ἔμμορέ τοι τιμῆς ὅςτ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.
Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.
Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴ κε δύνηαι,
ὡς ἂν χρηΐζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς.

v. 338. 339. ex seriore interpolatione illatos esse putat Heynius ad Il. I, 583.

V. 342. laudatur a Plut. de vitioso pud. 4. Schol. Ven. Il. XV, 87. Proculus vero monuit hunc et insequentem versum pro spuriis habuisse Plut.

V. 344. *τοι*] M5. MS. inc. *τι*. — *ἐγκώμιον*] Sic Proculus, Br., Spohn., Dind. ex Ambr. 6. ap. Lanz. et Steph. Byz.; ceteri cum Tzetza *ἐγχώριον*. — *γένοιτο*] Primus Br. e Steph. Byz. Vulgo *γένηται*.

V. 345. *κίον* Gramm. in Cram. Anecd. Ox. III. p. 195. Cf. Schol. Ven. Il. XVIII, 392.

V. 347. *ὅς κ' ἔμμορε* Stob. V. Klotz. ad Devar. II. p. 117.

nicam prius cingant: vicini discincti extemplo succurrunt.

V. 346. Pindar. Nem. VII, 130: *εἰ δὲ γεύεται ἀνδρὸς ἀνήρ τι, φαῖμέν κε γείτον' ἔμμεναι νόῳ φιλάσαντ' ἀτενέϊ γείτονι χάρμα πάντων ἐπάξιον.* Ceterum vv. 346. 347. 348. 349. singula esse proverbia maiusculis literis iam olim significaveram. Quomodo haec omnia deinceps coniuncta sint, ingeniose indicavit Lehrsius Quaest. epp. p. 184.

V. 347. *ἔμμορέ τοι τιμῆς*] *Τιμή* est praemium a diis honoris causa datum. *Λέγεται, ὅτι Θεμιστοκλῆς χωρίον πιπράσκων ἐκέλευσε κηρύττεσθαι, ὅτι ἀγαθὸν ἔχει γείτονα.* PROCULUS. Quod Hermannus monuit, *τιμήν* esse pretium, non potest intelligi, nisi etiam *κλήρου* vel *οἴκου* mentio iniecta sit. Etiam Lehrsii interpretatio: „Wer einen guten Nachbar hat, hat Geldeswerth," eadem obscuritate laborat.

V. 348. *οὐδ' ἂν βοῦς*] Heraclides in republica Cumaeorum Thes. Gron. T. VI. p. 2828: *ἔθος ἦν αὐτοῖς (τοῖς Κυμαίοις) εἰς τὰ κλοπιμαῖα συμβάλλεσθαι τοὺς γείτονας, διὸ καὶ ὀλίγα ἀπόλλυνται· πάντες γὰρ ὁμοίως ἐτήρουν. Καὶ Ἡσίοδος ἐντεῦθεν δοκεῖ λέγειν· οὐκ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.* Qui *βοῦν* intelligunt *γυναῖκα*, ridicule et vere *τζετζικῶς* errant. *Βοῦς* est pro divitiis; cf. v. 120.

V. 351. *ἄρκιον*] proprie est id quod sufficit (v. Buttmann. Lexil. II. p. 35.). Ita Hesiodus Op. 499. 576. *βίος ἄρκιος* et *μισθὸς ἄρκιος* Oper. 370. Hom. Odyss. XVIII, 358. Il. X, 304. Atque sic etiam hoc loco: ut

Μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτησιν.
Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προςιόντι προςεῖναι·
καὶ δόμεν ὅς κεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῷ.
δώτῃ μέν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' οὔτις ἔδωκεν.
Δὼς ἀγαθή, ἅρπαξ δὲ κακή, θανάτοιο δότειρα.
ὃς μὲν γάρ κεν ἀνὴρ ἐθέλων, ὅγε κἂν μέγα δοίη·
χαίρει τῷ δώρῳ καὶ τέρπεται ὃν κατὰ θυμόν·
ὃς δέ κεν αὐτὸς ἕληται ἀναιδείηφι πιθήσας,

V. 353 — 355. delevit Br. secundum Plut., v. 354. etiam Gerhardio Lect. Apoll. p. 145. spurius videtur.

V. 353. V. Schol. Ambros. ad Odyss. I, 406.

V. 357. κἂν — δοίη] κἂν Ambr, V2. al.; καὶ Vat. 2. M5. Proculus; δοίη quidd. codd.; M5. δῴη, V1. Voss. 2. Proc. καὶ μέγα δῴη al., Spohn., Dind. δώῃ.

V. 359. ᾧ δέ κεν ἄλλος ἕλ. Bentl.

V. 360. τόγ'] Sic Med. MS. inc. al., vulgo τότ'. — ἐπάχνωσεν] Varin. p. 345: Ἡσίοδος ἐπάχνωσε φίλους ἤτοι ἐλύπησεν, ἔφθειρεν. — φίλον ἦτορ] G., al. φίλον κῆρ.

V. 361. καὶ abest a Vat. 2. — σμικρὸν A. pro σμικρῷ.

V. 361 seq. laudantur a Plut. de educ. lib. 13. Herman-

ipse etiam postea invenias qui tibi rursus mutuo det quod sufficiat vel quo inopiae tuae succurras. Sed ex hac significatione derivata alia est, qua ἄρκιον nihil est aliud quam quod reliquum est vel quod integrum est, quae reperitur apud Hom. Il. XV, 302: νῦν ἄρκιον ἢ ἀπολέσθαι ἠὲ σαωθῆναι, i. e. iam vobis reliquum est aut mori aut servari, et Il. II, 393: οὔ οἱ ἔπειτα ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας ἠδ' οἰωνούς, i. e. iam non ei integrum est etc. Alterius loci Homerici explicatio quam Lehrsius p. 249. proposuit artificiosior videtur.

V. 353. προςεῖναι] non ab εἶμι derivandum esse, cuius infinitivum εἶναι non norint antiqui, sed ab εἰμί, verbo substantivo, censet Ruhnken., ut sit adesse, opitulari ei, qui prior opitulatus est; quem sequitur Buttmann. Gr. ub. I. p. 562. Contra vero, si προςεῖναι ab εἰμί, non ab εἶμι, derivaris, perditur omnis in hoc antiquo proverbio membrorum aequalitas, quae ut φιλέοντα φιλεῖν, δόμεν ὅς κεν δῷ etc. requirit, ita etiam hic εἶμι verbum flagitat, non εἰμί. Ceterum exemplis opus erat, ut demonstraretur πρόςειμι (ab εἰμί) vim et potestatem habere contra eundi. Sequendus igitur Apollonius erat Lex. Homerico: εἶναι· ὁ Ἡσίοδος ἀντὶ τοῦ ἰέναι· καὶ τῷ προςιόντι προςεῖναι, et Schol. Ambr. ad Odyss. I, 406. Sic etiam apud Aristoph. Equit. 761: χρὴ παρεῖναι 'ς τὴν Πύκνα, non potest παρεῖναι a verbo substantivo repeti, sed dictum est pro παριέναι. Ceterum similem sententiam invenies ap. Theognid. 467: μηδένα μήτ' ἀέκοντα μένειν κατέρυκε παρ' ἡμῖν, μήτε θύραζε κέλευ' οὐκ ἐθέλοντ' ἰέναι.

V. 356. ἅρπαξ] Ut κάκη a κακή fit substantivum, ita etiam ἅρπαξ pro substantivo est Hesiodo; nam ne quis scribat: ἅρπαξ δὲ κάκη θανάτοιο δότειρα,

καί τε σμικρὸν ἐόν, τόγ' ἐπάχνωσεν φίλον ἦτορ.
εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο,
καὶ θαμὰ τοῦτ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.
Ὃς δ' ἐπ' ἐόντι φέρει, ὁ δ' ἀλύξεται αἴθοπα λιμόν·
οὐδὲ τόγ' εἰν οἴκῳ κατακείμενον ἀνέρα κήδει.
Οἴκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφιν.
Ἐσθλὸν μὲν παρεόντος ἑλέσθαι, πῆμα δὲ θυμῷ

nus coniunctivos *καταθῆαι* et *ἔρδῃς* reponi iubet. Recte, si hoc proverbium est per se intelligendum; at si cohaerent cum antecedentibus, quod et *γάρ* particula demonstratur et Proculi sententia, optativi suo iure sunt positi: wenn du öfters das Kleine zum Kleinen thätest, i. e. si iterum iterumque surripias quamvis exiguum cet.

V. 363. *ἀλύξεται*] P. Vat. 2. *ἀλέξεται*. Antea vulgo *ὅδ'*. Correxit Spohn.

V. 364. *ἐν Ϝοίκῳ* Bentl.

V. 365. *βέλτερον*] Gal. *βέλτιον*.

V. 366. *παρεόντος*] MS. inc. *γὰρ ἐόντος*.

id ut sit pro: *ἡ τῆς ἁρπαγῆς κακία*, non verendum est.

V. 357. *ἐθέλων*] Sc. *δώῃ*, quod mente repetendum ex sequente *δοίη*; *κἄν* est pro *καὶ ἄν*, non pro *καὶ ἐάν*, quod tum *κἤν* esset apud epicos, tum hic *ἐὰν καί* ea sententia dicendum erat, quam vult cum Tzetza Spohnius. Hermannus: *ὅτε* [sic Stobaeus X, 16. in ed. Tr.] *καὶ* [*κἂν* ed. Tr.] *μέγα δώῃ* [*δώη* Stob.], *χαίρει κτέ.* et v. 360: *τὸ δ' ἐπ.*, ita ut hoc significet: eum poenitentia sera subit, aliter atque Spohnius: *οὗτος ἐλύπησεν ἐκεῖνον, ἀφ' οὗ ἔλαβε, καίπερ μικρόν τι καὶ ὀλίγον λαβών.* Lehrsio, qui v. 357. proverbium esse singulare putat, ante 358. quaedam excidisse videntur. Sed legendum fortasse: *ὅγε κἂν μέγα δοίη καὶ χαίρει δώρῳ καὶ τ.*

V. 363. 364. 365. Singuli versus singula sunt proverbia per se spectanda, ut saepius in hac carminis parte; v. 363. laus est parsimoniae, quicum etiam 360. 361. olim coniunctos fuisse putaverim; v. 364. laudem habet liberalitatis; v. 365., prorsus ab ceteris dirimendus, ad feminas spectat, quibus melius est intus manere, ne foris laedantur. Atque sic intellexisse videtur Aeschylus Sept. 182 (Well.): *μέλει γὰρ ἀνδρί, μὴ γυνὴ βουλευέτω, τἄξωθεν· ἔνδον δ' οὖσα μὴ βλάβην τίθει.* Plut. Coniug. Praec. VII. p. 421. Hutt.: *τὴν Ἠλείων ὁ Φειδίας Ἀφροδίτην ἐποίησε χελώνην πατοῦσαν οἰκουρίας σύμβολον ταῖς γυναιξὶ καὶ σιωπῆς.* Sic Xenoph. Oecon. p. 839: *τῇ μὲν γὰρ γυναικὶ κάλλιον ἔνδον μένειν ἢ θυραυλεῖν.* Eur. Med. 216: *ἐξῆλθον δόμων, μή μοί τι μέμφησθε.* Fragm. Meleagr. XII. et Naumach. Prc. nupt. 19. 20: *λεῖπε δέ οἱ τὰ θύρηφι, τὰ καὶ δύναται πονέεσθαι, σοὶ δ' οἰκωφελίη μελέτω κτέ.* Prorsus aliter Vossius: Besser im Hause das Gut, zum Verderb ist's aufser der Thüre. Ita etiam Lanzius et Spohnius. Quod idem versus legitur hymn. Hom. Merc. 36., per iocum mutato sensu eo reie-

χρηΐζειν ἀπεόντος, ἅ σε φράζεσθαι ἄνωγα.
Ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι,
μεσσόθι φείδεσθαι· δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ.
Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.
Καί τε κασιγνήτῳ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι.

V. 369. δειλή] Quidd. codd. cum V2. G. δεινή.
V. 370.—372. desunt in M5. Vat. 2. al. et in quibusdam exemplaribus Proculi. Leguntur in Ambr. 6. V2. al. Servat Plutarch. Bentl. ad v. 371. adscripsit κασιγνήτῳ χρεῖός γ' ἐπὶ Ϝίστορα, et 372. πίστεις γάρ τοι.

ctum esse a poeta apertum est. Diogenian. Proverb. VII, 35: **οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα**, alio pertinet, alio etiam **οἴκοι γενοίμην** in append. prov. cent. p. 458. ed. Gotting.

V. 368 seq. Spohn. secutus Lanzium ita: de summo, quod minus generosum est, fortius haurias, item de imo, optimo autem parcius utere. Melius ita Mitscherl.: in magna opulentia licet utique lautius paulo ac sumptuosius vivere; verum ubi illa aliquantum defecit, coercendi sunt nimii sumptus, ne copia ista nimis atteratur et ad nihilum redigatur; sero autem hoc facies, si opes paene dissipatae sunt, itaque tum parsimoniae nullus amplius locus est: **δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ**, sera [apud Hesiodum **δειλή** i. e. inepta, propter sentinam] parsimonia in fundo est, ut Seneca effert Epist. I. ult. Plutarch. Symp. VI, 7. hunc locum in animo habuisse videtur: **τὸν οἶνον οὐκ ἔφη δεῖν ἐγχεῖσθαι ἠθημένον, ἀλλ', ὥσπερ Ἡσίοδος ἐκέλευσεν, ἀπὸ τοῦ πίθου πίνεσθαι τὴν σύμφυτον ἔχοντα ῥώμην καὶ δύναμιν.** Cf. Cramer. Anecd. Ox. III. p. 214.

V. 370. **μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ**] Hic versus ex summa antiquitate ad nos pervenit. Nam Aristoteles Pittheo, Thesei avo, eum attribuit apud Plut. Thes. 2. Legebatur igitur in libro Pittheo adscripto, cuius mentionem fecit Pausan. Corinth. XXXI, 4. Inde sequitur prorsus hunc versum seiungendum esse ab eo, qui sequitur: *καί τε κασιγνήτῳ κτέ.*, ut apparet ex Plut. de vitios. pudore 10. Quare non possum adstipulari Buttmanno Lexil. II. p. 36., qui ex versu 371. explicationem v. 370. petiit. Item neque Hermanno neque Lehrsio possum assentiri, quorum ille hanc esse sententiam dicit: „der ausgemachte Lohn werde sicher ausgezahlt." Sic enim cur additum sit *ἀνδρὶ φίλῳ*, prorsus non intelligitur. Nam iustum hominem aeque decet amicis atque aliis non amicis mercedem stipulatam persolvere. Melius Lehrsius: „der mit einem Freunde bedungene Lohn sei anständig." Sed ita dici debebat: *ἄρκιος εἰρήσθω*. Olim igitur putabam sermonem esse de usura, ut ex versu 372. concludas. Sententia esset haec: ab amico ne exigas usuras; noli foenerari. Vetuerunt hoc Persae antiqui (v. Herodot. I, 138.) et Moses; v. Michaelis Mosaisches Recht I. p. 152. *Μισθός* igitur esset summa, quam quis amico propter emptos agros vel simile quid

πίστεις δ' ἄρ τοι ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.
Μηδὲ γυνή σε νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτω
αἱμύλα κωτίλλουσα, τεὴν διφῶσα καλιήν.
ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλήτῃσι.

V. 372. ἄρ τοι] Sic Guiet., Dind. Vulgo ἄρα ὁμῶς vel ἄρα ὁμῶς.
V. 373. νόου Clem. Al.
V. 375. spurius secundum Plut. — φιλήτῃσι] Sic Vat. multique alii. φηλήτῃσιν M5. V2., alii cum Hesychio φηλήτῃσι, λῃσταῖς.

debet. Amicus contentus esto capite, de quo convenit, nolit praeterea etiam usuras flagitare. Sed recte animadvertit Hermannus μισθόν vocabulum huic sententiae adversari. Quare nunc eam esse sententiam versus puto, quam Aristoteles Ethic. Nic. IX, 1. inesse dicebat Protagora auctore usus: amico satis esto ea merces, quam amicus constituit. Hoc si verum est, versus 371. prorsus sensu differt a versu 370.

V. 371. Haec doctrina non admodum liberalis est, ut recte intellexit Plutarchus, qui hunc versum cum antecedente pro spuriis habet. Sed aliud est praeceptum antiquissimi temporis, quo tanquam proverbio utebantur, aliud praeceptum philosophiae. Cf. praeterea Plut. de vitios. pud. l. l. Ceterum excusatur hic versus Hesiodi lite ea, quam Perses frater ei intendisse dicitur; γελάσας, quod adiectum a poeta est, maximae est invidiae; fingit enim ille, qui antestatur, se non serio agere. De perfidia Graecorum v. Cicer. pro Flacco 4.

V. 373. πυγοστόλος] V. Etym. M. s. v. Suidas: πυγοστόλος· προαγωγός, μαυλίστρια. Apud Simonidem de mulier. 76. in vitiis habetur, si qua sit ἄπυγος mulier; v. Aristoph. Plut. 152. Alexis ap. Athen. XIII. p. 568. Horat. Sat. I, 2, 93. et exempla ea, quae de simili feminarum incessu, a pavonibus cognominato, apud Hebraeos collegit Hartmannus: die Hebr. am Putzt. II. p. 344. Possis etiam de καλλιπύγῳ Venere cogitare (vid. Athenaeum p. 554.), quanquam haec ad seriorem aetatem pertinet. Passovius risisse Hesiodum hoc vocabulo Homericum ἑλκεσίπεπλος putat.

V. 375. φιλήτῃσι] est verbum purum putum Aeolicum, quod in magna Graecia dicebant πιλητής. SCAL. In mente ei erat pirata et pilare Latinorum, ut arbitror. Sed non opus est, ut ad Latinos confugiamus. Qui a φηλέω, i. e. ἀπατῶ, derivant scribentes φηλήτῃσιν, vereor ne umbram sectentur, quum huius verbi nullum praeterea vestigium reperiatur praeter Lycophron. 785., Menand. ap. Meinek. Fragm. Com. IV. p. 77. inventumque videatur ab iis, qui aliter nescirent interpretari φιλήτην. Nam φιλήτης descendit a φιλέω denotatque per euphemismum, ut ita dicam, amatorem rerum alienarum, ut Theog. 224. φιλότης simili sensu. V. Hellad. ap. Phot. Bibl. Et mutatus est ob eam causam accentus cum prosodia. V. Allg. Lehre v. Accent. p. 124. Sic eodem euphemismo v. 605. ἡμερόκοιτος ἀνήρ dicitur pro fure, et manuarius apud Latinos; v. Gell. XVI, 7. Atque

Μουνογενὴς δὲ πάϊς εἴη πατρώϊον οἶκον
φερβέμεν· ὣς γὰρ πλοῦτος ἀέξεται ἐν μεγάροισι.
Γηραιὸς δὲ θάνοις ἕτερον παῖδ' ἐγκαταλείπων·
ῥεῖα δέ κεν πλεόνεσσι πόροι Ζεὺς ἄσπετον ὄλβον.
πλείων μὲν πλεόνων μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη.

V. 376. *εἴη*] Sic M5. Vat. al.; V1. *σώζει*; Vat. 2. *εἴη*, sed supra γρ. *σώζει*; ceteri cum Proculo *σώζοι*. Haec scriptura ab iis profecta est, qui brevitatis causa uno versu quam duobus de eadem re uti malebant.

V. 377. 378. Br. 378. 377. Pro *θάνοις* V1. Vat. 2. *θάνης*. Praeterea adiectum est scholion hoc a Proculo: *παρέγγραπτον ὡς ἀδιανόητον.* Cui Tzetza addidit: *οἱ περὶ Πρόκλον καὶ Ἀρίσταρχον ἢ Πλούταρχον ἀδιανόητον τοῦτό φασιν εἶναι καὶ περισσόν.*

V. 381. 382. De his versibus vid. explicat. Pro *ἦσιν* pauci *σῇσιν*, ut Vat. 2. V. Voss. ad hymn. Cer. 103. Pro *καὶ ἔργον* quidam

haec significatio magnopere consentanea est veteri poetarum Graecorum loquendi consuetudini, cui *φερέοικος* est cochlea (Hes. Op. 571.), *πέντοζος* manus (ibid. 744.), *ἀνόστεος* (526.) polypus. V. praef.

V. 376. 377. Haec videntur ex antiquissima Boeotorum lege huc adiecta esse, quam Philolaus, Thebanorum antiquus legislator, non solum stare iussisse videtur, sed cui etiam adiecisse quaedam putandus est. De Philolao eiusque *νόμοις θετικοῖς* v. Aristot. Pol. II, 9. Aelian. V. H. II, 7. Müller. Orchom. p. 407 seq.

V. 378. 379. 380. Olim putabam haec aut serius adiecta esse, quum Philolai vetus lex pridem abolita esset, aut ab eo, qui legem Boeoticam non probaret. Cf. Plutarch. de frat. amor. 6: *ὁ δὲ Ἡσίοδος οὐκ εὖ παραινεῖ μουνογενῆ παῖδα τῶν πατρῴων ἐπίκληρον εἶναι, καὶ ταῦτα τῶν Μουσῶν γεγονὼς μαθητής*; igitur versum 378. non coniunxit cum 377. Lehrsius Quaest. epic. p. 183. non solum vers. 376. coniunctum cum versu 377., sed etiam v. 378. 379. et 380. singulos singulas praebere sententias; in versu tamen 378. primo non *ἕτερον* fuisse, sed *θαλερόν* vel *μεγάροις* putat. Sed ita v. 379: *ῥεῖα δέ κεν πλεόνεσσι πόροι Ζεὺς ἄσπετον ὄλβον*, obscurus videtur, qui cum antecedente coniunctus optimam habet sententiam hanc: „auch mehreren Söhnen, wenn du sie gezeugt hast, kann Zeus leicht unendlichen Reichthum gewähren." Rankio (de Hes. op. p. 24.) haec omnia optime cohaerere videntur, modo meminerimus haec optanda tantum proposuisse Hesiodum, sed addidisse tamen, si aliter res sese haberet, nihilominus posse familias divites reddi. Neque haec interpretatio ullo modo difficultates removere idonea est. Vel sic exspectares *καὶ παῖδ' ἕτερον καταλείπων* vel simile quid. Quid igitur, si *μουνογενὴς εἴη οἶκον φερβέμεν* nihil sit aliud quam: optimum erit, si uni (i. e. maximo natu: Majorat nos dicimus) filio hereditatem relinquas; sed propterea non opus est, ut liberis procreandis supersedeas? Ceterum animadverte proverbium, quod habent Schol. Ven. Il. VIII, 39: *παῖς μοι τριτογενὴς εἴη, μὴ τριτογένεια*, excogitatum videri ad imaginem versus Hesiodii 376.

V. 381 seq. Hi versus additi postea sunt, ut finis prioribus imponeretur et ut facile ad no-

[σοὶ δ' εἰ πλούτου θυμὸς ἐέλδεται ἐν φρεσὶν ἧσιν,
ὧδ' ἔρδειν, καὶ ἔργον ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι.]

Πληϊάδων Ἀτλαγγενέων ἐπιτελλομενάων
ἄρχεσθ' ἀμητοῦ· ἀρότοιο δὲ δυσομενάων.
αἳ δ' ἤτοι νύκτας τε καὶ ἤματα τεσσαράκοντα

codd. cum V2. ἔργον δέ τ'.

V. 383. *Ἀτλαγγενέων*] Ambr. *Ἀτλαγγενάων*. Gregorii Cor. (p. 577.) verba non pertinent ad genitivum *Ἀτλαγγενέων*, sed ad *ἐπιτελλομενάων*, quare non opus erat apud eum corrigi *Ἀτλαγεννάων*. Vulgo *Ἀτλαγενέων*.

V. 384. *ἀμητοῦ*] Apicem habent omnes codd.; Spohn., Dind. *ἀμήτου*. Et sic scribi iubet Schol. Ven. Il. XIX, 222.

V. 385. *δ' ἤτοι*] Sic e Iunt. Herm. ad Hom. hymn. Ven. p. 105. Vulgo *δή τοι*, ut Schol. Ven. Il. XVIII, 486.

vum transires argumentum; v. Twesten. l. l. p. 49.

V. 383. Secunda pars poematis hic inchoatur, quae agit de agricultura. — *Ἀτλαγγενέων*] Pro *Ἀτλαντογενέων*, ut *γυναιμανής* pro *γυναικομανής*, *κελαινεφής* pro *κελαινονεφής*, alia. V. Lobeck. ad Phryn. p. 669. Nam flexisse Graecos *Ἄτλας Ἄτλα*, quod Tzetza voluit, non potest demonstrari nisi vocativo *Ἄτλα*. Et si vel maxime poetae fuissent, qui in accusativo *Ἄτλαν* dixissent, ut *Αἴαν* Alcaeus, *Θόαν* Hesiodus, non magis hoc genitivum *Ἄτλα* sustentaret, quam accusativus *Σωκράτην* genitivum *Σωκράτου*. Vel sic tamen exspectasses *Ἀτληγενέων*, ut vere habent Schol. Ven. Il. XVIII, 486. Pleiades (i. e. *πελειάδες*), quas Orio persequitur, magnus Coeli venator, sunt Atlantis ex Pleione filiae, de quibus vide I. H. Vossium ad Arat. Phaen. 253. Tempus, quod hic describitur ab Hesiodo, est aestatis initium. Plin. H. N. XVIII, 69: Vergiliarum exortu aestas incipit, occasu hiems, semestri spatio intra se messes vindemiasque et omnium maturitatem complexae. Sciendum est autem antiquissimos Graecos duas tantum anni tempestates novisse, *ἄμητον* secundum Hesiodum, seu aestatis initium (*θέρος*), et *ἄροτον*, hiemis initia (*χειμῶνα*); illa Hesiodi tempore XIV Cal. Iun., haec III Non. Nov. (calend. Iulian.) incipiebat; nam cum hoc tempore fere congruit Vergiliarum aut ortus aut occasus cosmicus. Has anni tempestates deinde ita diviserunt, ut primum ver (*ἔαρ*) adiicerent, VI Cal. Mart. Hesiodi tempore ineundum (cum Arcturi ortu v. 566.), postea vero etiam auctumnum, si ita licet reddere, *ὀπώραν* (de qua re vehementer Idelerus dubitat, et recte quidem) XIII Cal. Septembr. incipiendum. Verus auctumnus (*φθινόπωρον*) post Hesiodi tempora additus est; nam etiam *μετόπωρον* (quod noverat Hesiodus v. 415.) est extrema pars aestatis. Secutus sum in his omnibus Idelerum Enchirid. chronol. I. p. 241 seq.

V. 384. *ἀρότοιο δὲ δυσομενάων*] V. de toto hoc argumento Plin. H. N. XVIII, 24.

V. 385. *τεσσαράκοντα*] Quum occasus heliacus Vergiliarum sit prid. Non. Apriles, ortus autem XIV Cal. Iun., dies inter-

κεκρύφαται, αὖτις δὲ περιπλομένου ἐνιαυτοῦ
φαίνονται ταπρῶτα χαρασσομένοιο σιδήρου.
οὗτός τοι πεδίων πέλεται νόμος, οἵ τε θαλάσσης
ἐγγύθι ναιετάουσ᾽, οἵ τ᾽ ἄγκεα βησσήεντα,
πόντου κυμαίνοντος ἀπόπροθι, πίονα χῶρον
ναίουσιν· γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν,
γυμνὸν δ᾽ ἀμάαν, εἴ χ᾽ ὥρια πάντ᾽ ἐθέλῃσθα

V. 389. ναιετάουσ᾽] Sic Vat. V2. multique alii. M5. ναιετάουσιν. Pauci ναιετάωσ᾽.

V. 391. ναίουσιν] Pauci ναίωσιν. Porro γυμνὸν δὲ V1. Vat. 2.

V. 392. ἀμάαν] M5. Vat. Proculus, al. ἀμάειν, unde ἀμάαν scripsi, ut secunda produceretur. V. Allgem. Lehre v. Acc.

medii sunt quadraginta quatuor; cf. Ideler. l. l. I. p. 247.

V. 385 — 387. Hos versus non ab Hesiodo profectos esse arbitrabatur Schaubach. Comment. philolog. (ed. a Ruperti et Schlichthorst.) Tom. V. p. 30 seq. Non persuadet. Nam qui v. 384. dicitur ἄροτος, non metitur post quadraginta dies, sed est Wintersaat, quod nos dicimus. Bis enim metitur in iis plagis.

V. 386. περιπλομένου] Annum tropicum significari monuit Ideler. l. l. p. 260. Sed v. annot. ad Theog. 184.

V. 387. χαρασσομένοιο σιδήρου] quando falcis acies acuitur. V. v. 573.

V. 388. οἵ τε] ἐκείνοις, οἵ. Νόμος non esse Homericum vocabulum iam animadversum ab aliis est.

V. 391. γυμνὸν σπείρειν] Aristoph. Lysist. 1177: ἤδη γεωργεῖν γυμνὸς ἀποδὺς βούλομαι. Virg. Georg. I, 299: nudus ara, sere nudus. Hinc Aurel. Vict. 17. Quinctius dictator dictus, ad quem missi legati nudum eum arantem trans Tiberim offenderunt, i. e. reiecta ab humeris tunica. Illud γυμνὸν σπείρειν κτέ. videtur arctius cohaerere cum antecedentibus, quam vulgo indicant positura. Nempe hoc voluit poeta: haec doctrina, quam propono, ad accolas orae maritimae et ad eos pertinet, qui valles planaque incolunt; ad montanos non item. Nam hi quum frigidiores plagas habeant, necesse est, ut alia praecepta de messe et aratione sequantur. Sic etiam Proculus intellexisse videtur. Aliter Lehrsius Quaest. epp. p. 186., qui versus 388. 389. in Attica factos esse suspicatur, ita ut πεδιαῖοι, πάραλοι et διάκριοι intelligantur versibus: οὗτός τοι πεδίων πέλεται νόμος, οἵ τε θαλάσσης ἐγγύθι ναιετάουσ᾽ οἵ τ᾽ ἄγκεα βησσήεντα, quibus postea πόντου κυμαίνοντος ἀπόπροθι, πίονα χῶρον ναίουσιν inepte additum sit. Sed, ut verum fatear, cur hic a quoquam Atticae et quidem tripartito mentio iniecta sit, non satis intelligitur, deinde διακρίους seu ὑπερακρίους in animo fuisse ei poetae, qui ἄγκεα hic adhibuerit, non admodum probabile videtur, quum in describenda illa regione caput rei sit ἄγκεα, non βησσήεντα. Ἄγκεα enim βησσήεντα sunt valles, quae saltuosis montibus ita continentur, ut tutae iaceant ab aquilonibus.

ἔργα κομίζεσθαι Δημήτερος· ὥς τοι ἕκαστα
ὥρι' ἀέξηται, μή πως τὰ μέταζε χατίζων
πτώσσῃς ἀλλοτρίους οἴκους, καὶ μηδὲν ἀνύσσῃς.
ὡς καὶ νῦν ἐπ' ἔμ' ἦλθες· ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἐπιδώσω,
οὐδ' ἐπιμετρήσω· ἐργάζευ, νήπιε Πέρση,
ἔργα, τάτ' ἀνθρώποισι θεοὶ διετεκμήραντο,
μήποτε σὺν παίδεσσι γυναικί τε θυμὸν ἀχεύων

p. 97. seq. Al. cum Moschop. ἀμᾶσθαι, ut V2. G. Vat. 2. πάντα θέλ. Vat. 2.

V. 393. ὥς τε Fέκαστα Bentl.

V. 394. μέταζε] restituit primus Spohnius. Codd. μεταξύ. Vat. 2. ταμεταξύ.

V. 392. ἀμάαν] Ἀμάειν, quod vulgo legitur, peccat contra metrum, in ἀμάαν vero α mediae syllabae et producitur et corripitur pro re nata; v. Buttm. Gr. ub. I. p. 497. Allg. Lehre v. Accent. p. 99.

V. 394. Recte haec impedita esse propter inelegantem repetitionem sensit Lehrsius Quaest. epp. p. 188. Ego trium recensionum vestigia agnoscere mihi videor, quarum prima haberet: εἴ χ' ὥρια πάντ' ἐθέλησθα ἔργα κομίζεσθαι Δημήτερος ἀγλαοκάρπου, omissis v. 394—404., altera: γυμνὸν δ' ἀμάαν, Δημήτερος ὥς τοι ἕκαστα ὥρι' ἀέξηται usque ad v. 397., tertia: εἴ χ' ὥρια πάντ' ἐθέλησθα, Ἔργα τάτ' ἀνθρώποισι usque ad v. 404. Ὥρια vero sunt tempestiva opera. Feceris autem omnia tum tempestiva, quum nudus facere potueris vel quum propter tempestatem nudare te potueris. — μέταζε] Steph. in Bekk. Anecd. p. 945: σεσημείωται τὸ μέταζε χρονικὸν ὄν· Ἡσίοδος· μήπως τὰ μέταζε χατίζων. Cf. Herodian. περὶ μον. λέξ. p. 46: οὐδὲν ἐπίῤῥημα διὰ τοῦ αζε ἐκφερόμενον ἐπὶ χρόνου τέθειται, ἀλλὰ μόνον τὸ μέταζε χατίζον. Favor. p. 738, 19. Vide quae de hoc adverbio monui Allgem. Lehre vom Accent. p. 358.

V. 396. ὡς καὶ νῦν ἐπ' ἔμ' ἦλθες] Haec non satis respondent eis, quae sequuntur per futurum tempus expressa: οὐ σοὶ ἐπιδώσω, οὐδ' ἐπιμετρήσω; exspectabas: ego vero, ut tum temporis nihil tibi impertivi, quum a me petebas, ita etiam in posterum non dabo, quanquam ne hoc quidem dignum erat fratris animo. Putaverim hic rectius scribi: ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἔτι δώσω, οὐδ' ἐπιμετρήσω i. e. sed in posterum nihil a me accipies; semel id feci quidem, sed postea nihil profeceris. Hoc si statuamus, et futuro tempore Hesiodus excusatur, quod eo admonetur Perses ad industriam, et ἔτι particula demonstrat dedisse sane fratrem fratri. Ita olim existimabam, sed nunc facio cum Fr. Iacobsio, cui composita ἐπιδώσω et ἐπιμετρήσω eodem modo indicare videntur Hesiodum fratri prius dedisse, nunc vero denuo petenti nihil insuper daturum esse. Sic etiam Moschop.

V. 398. διετεκμήραντο] Haec de sideribus intelligenda

ζητεύῃς βίοτον κατὰ γείτονας, οἱ δ' ἀμελῶσιν.
δὶς μὲν γὰρ καὶ τρὶς τάχα τεύξεαι· ἢν δ' ἔτι λυπῇς,
χρῆμα μὲν οὐ πρήξεις, σὺ δ' ἐτώσια πόλλ' ἀγορεύσεις·
ἀχρεῖος δ' ἔσται ἐπέων νομός. ἀλλά σ' ἄνωγα
φράζεσθαι χρειῶν τε λύσιν λιμοῦ τ' ἀλεωρήν.

V. 400. ζητεύσῃς Vat. 2.
V. 402. ἀγορεύεις Vat. 2.
V. 406. Hunc versum non legit Aristot. Polit. I, 1. Oecon. 2. Cf. quae monui ad Aristot. Pol. p. 279. et ad Theod. p. 210. Atque ab exemplaribus quibusdam antiquis abfuisse perspicitur ex Philodemo de vitiis et virtutibus oppositis ab Herculanensi societate nuper edito col. VIII. (p. 46. ed. nostr.): *καὶ πῶς δέχεται γαμετὴν ὑφ' Ἡσιόδου λέγεσθαι τὴν γυναῖκα πολλῶν καὶ φασκόντων αὐτὸν γεγραφέναι κτητήν, οὐ γαμετήν.* Adiectus est versus ab eo, qui haec non congruere putabat cum inferiore poematis parte, ubi de uxore ducenda Hesiodus praecipit, sed huic dum satisfacere conatur, versum 441. iugulavit *τοῖς δ' (βουσὶν) ἅμα τεσσαρακονταετὴς αἰζηὸς ἕποιτο.* Idem iudicabat Muretus ad Ari-

esse, quorum ortu et occasu definiatur agricultura, quae sententia est Proculi, non credo. Hoc enim non ad deos pertinet negotium, sed inventum ab hominibus est. Igitur hoc vocabulo respici puto ad eam fabulam, qua Triptolemus artem serendi et arandi a Cerere doctus esse putabatur, quam e vetere fonte refert Apollodor. I, 5.

V. 403. *ἐπέων νομός*] Sic Il. XX, 249: *ἐπέων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα.* Mire errat Mitscherl., cui *ἐπέων νόμος* (ita enim is corrigendum esse putat) est formula precum, *ἔπη νενομισμένα,* usitata precum formula.

V. 405. Lucian. Navig. s. vota 20: *εὐθὺς οὖν κατὰ τὸν Ἡσίοδον οἶκος τὸ πρῶτον.*

V. 406. *κτητὴν οὐ γαμετήν* (omissa positura) ab initio significasse servam non nuptam putabat Lehrsius Quaest. epp. p. 191. Sed fuisse nuptias sic dictas servorum cum servis antiquo tempore probari non potest.

V. 407. *πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι*] Xenoph. Oecon. c. VIII, 3. p. 841: *ἔστι δ' οὐδὲν οὕτως οὔτ' εὔχρηστον οὐδὲ καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις.* c. VIII, 18. p. 483. B: *ὡς μὲν δὴ ἀγαθὸν τετάχθαι σκευῶν κατασκευὴν καὶ ὡς ῥάδιον χώραν ἑκάστοις αὐτοῖς* [edd. *αὐτῶν*] *εὑρεῖν ἐν οἰκίᾳ θεῖναι, ὡς ἑκάστοις συμφέρει, εἴρηται.*

V. 410. *ἔννηφιν*] est genitivus, cui supplebis *χρόνον*, sc. *ἐς τὸν τῆς ἔνης ἡμέρας χρόνον.* Ita apud Aristophan. Eccl. 827: *κατ' ἔνης ἔλθῃς.* *Ἕνος* enim derivandum est ab *ἐν* prorsusque concinit cum Latinorum imus, contracto illo ex inimus, quod eo differt proprie ab ultimo, quod ultimus novissimus est in serie rerum horizontali, ut aiunt, quum imus sit novissimus in serie verticali. Atqui ultimus et imus hoc habent inter se commune, quod proprie eum significant, qui novissimus est inter tres, propter ternionem eum, qui est principii, medii et finis vel summi, medii et imi. Sic enim recte Dionys. Hal. Ant. III, 12: *ἐπι-*

Οἶκον μὲν πρώτιστα γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα,
[κτητήν, οὐ γαμετήν, ἥτις καὶ βουσὶν ἕποιτο,]
χρήματα δ' εἰν οἴκῳ πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι,
μὴ σὺ μὲν αἰτῇς ἄλλον, ὁ δ' ἀρνῆται, σὺ δὲ τητᾷ,
ἡ δ' ὥρη παραμείβηται, μινύθῃ δέ τοι ἔργον.
μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' αὔριον ἔς τ' ἔννηφιν·

stot. Oecon. p. 558. Rankius (de Hesiodi Op. p. 9.) ex verbis Proculi: *μάτην οὖν λέγουσιν οἱ περὶ Τίμαιον Ἡσιόδῳ τὸν Ἀριστοτέλην πειθόμενον μετὰ τὴν τῆς γυναικὸς τελευτὴν Ἑρπυλλίδι συνεῖναι τῇ θεραπαίνῃ, ἐξ ἧς αὐτὸν σχεῖν υἱόν*, hunc versum Aristotelis [potius Timaei] iam tempore circumlatum esse concludit. Sed inde nihil conficitur pro eius *αὐθεντίᾳ*; nam Aristotelem et Theophrastum non novisse versum certum est.

V. 407. *δ' ἐν Fοίκῳ* Bentl.

V. 408. *αἰτεῖς* et *ἀρνεῖται*, postea vero *μινύθει* pauci codd. Gramm. ap. Cramer. Anecd. Oxon. I. p. 123: *ὁ μὲν ἀρνεῖται.*

V. 409. *δέ τε Fέργον* Bentl., et sic iterum v. 412. Probavit Herm.

V. 410. *εἴς τε ἔνηφι* P.

τηδειότατον εἶναι τόνδε τὸν ἀριθμὸν (τῆς τριάδος) εἰς πᾶσαν ἀμφισβητουμένου πράγματος διαίρεσιν, ἀρχήν τε καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἔχοντα ἐν αὐτῷ. Hinc factum est, ut primum simpliciter *ἕνη* (*ἡμέρα*) significet eum diem, qui est perendie, i. e. tertius vel imus dies (*μεταύριον*) ab hoc ipso die, quo quid agimus, et *αὔριον τῇ ἕνῃ* apud Antiph. p. 143. 44. HSt. tertium diem post crastinum; deinde ut, quum de mense sermo esset, qui idem est trium ternionum, *ἱσταμένου, μεσοῦντος, φθίνοντος*, *ἕνης* vocabulo notaretur dies is, qui dies est in tribus ternionibus novissimus, i. e. tricesimus. V. Hesiod. Oper. 770. Sic porro intelligitur, cur scribatur *ἕνη*, non *ἕνη* (nam *ἕνη καὶ νέα*, ut scripsit Boeckh. Corp. inscr. I. p. 156., non video sustentari ipsa de qua ille agit inscriptione, atque Harpocratio quidem ita v. *ἕνη καὶ νέα*: *ἕνην δὲ καὶ εἰς ἕνην τὸ ἐς τρίτην λέγουσι. καὶ ἁπλῶς τὸ ἕνον δασυνόμενον τὸ πρότερον καὶ παρεληλυθὸς* [illegible] *δηλοῖ*; sed inde noli concludere aspere pronuntiandum esse *ἕνη*: hoc enim, quod Harpocratio monuit, ad falsam originationem *ἄφενος* vocabuli pertinet; v. Hesych. s. v. *ἄφενος*; non pertinere ad *ἕνην* ex ipsis Harpocrationis vocabulis colligas. Etiam Tzetzes testatur lenem spiritum, quanquam id Aeolicum esse dicit), cur *ἕνη* et *ἕνατος* scribendum sit prosario modo et *ἕννη* et *ἔννατος* poetico (nam *ἕνατος* est pro *ἔντατος*, ut *πρῶτος* a *πρόατος* pro *πρότατος*, *ὕπατος*, *μέσατος*, *νέατος* huius similia sunt), cur *ἕνον* idem etiam significare possit, quod *παλαιόν* (v. de hac significatione vocabuli Ruhnken. ad Tim. p. 103.), oppositum *τῷ νέῳ*, qui est prior a medio, quum *ἕνος* sit a medio posterior; denique cur Callimachus (fragm. CLIV.) *ἕνον* pro anno praeterlapso usurparit in illo *τετράενον Δαμάσου παῖδα Δαμαστορίδην* (cf. Theocr. VII, 147: *τετράενες*, nisi *τετραενές* leg.) propter tres partes (*ὥρας*) anni, ver, aesta-

οὐ γὰρ ἐτωσιοεργὸς ἀνὴρ πίμπλησι καλιήν,
οὐδ' ἀναβαλλόμενος· μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει.
αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει.
Ἦμος δὴ λήγει μένος ὀξέος ἠελίοιο
καύματος ἰδαλίμου, μετοπωρινὸν ὀμβρήσαντος
Ζηνὸς ἐρισθενέος, μετὰ δὲ τρέπεται βρότεος χρὼς
πολλὸν ἐλαφρότερος· δὴ γὰρ τότε Σείριος ἀστὴρ
βαιὸν ὑπὲρ κεφαλῆς κηριτρεφέων ἀνθρώπων
ἔρχεται ἠμάτιος, πλεῖον δέ τε νυκτὸς ἐπαυρεῖ·

V. 411. laudatur ab Etym. M. p. 485.

V. 412. deest in 3 codd. ap. Lanz. — δέ abesse malit Gaisf., ut ap. Schol. Pind. Isthm. VI, 97. Probavit Herm.

V. 413. ἄτῃσι] Sic codd. Editores ante Spohnium ἄταισι.

V. 415. Etym. M. p. 465.

V. 416. Post hunc versum Lehrsius l. l. p. 194. versum deesse statuit, ut hunc: αὐαλέος τὸ πρόσθεν, ἀνὴρ δέ τε γοῦνατα σείει. Sed v. annot. exeg.

V. 417. Σείριος] Edd. σείριος.

V. 420. τῆμος] Sic M5. Vat. 2. alii; V1.2. al. ἦμος. Cf. animadvers. ad Scut. 398., ubi item ἦμος substitutum est a Guieto demonstrativae particulae. — ἀδηκτοτάτη τε πέλει Bentl. Praeterea hic v. in V1. iterum legitur post v. 808.

V. 421. πτόρθοιο] G. πτόρθοις.

V. 422. abest ab uno codice ap. Lanz. — ὥρια ἔργα Vit. P. al.

tem, hiemem, ut nos dicimus drei Winter pro tribus annis, et cur Siciliae penetralibus nomen sit inditum Ennae. Hermannus, qui olim ἔνην ab εἷς minus recte derivarat (ad Aristoph. Nubb. 1137.), nunc (Opusc. VI. p. 252.) mecum facit, ἔνον ab ἕν deducendum esse affirmans quidem, sed totam rem artificiosius me explicuisse dicit: apertum enim esse ἔνον et νέον ita sibi opponi, ut illud sit pristinum, hoc novum. Sed ita me non intelligere fateor, εἰς ἔνην quomodo significare possit perendie. „Denn," inquit, „εἰς ἔνην wird in Beziehung auf εἰς αὔριον gesagt und stellt also den morgenden Tag als schon abgelaufen dar." Sed quod de crastino die concedas, non concedendum est de perendino.

V. 412. μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει] Pindar. Isthm. VI, 95: Λάμπων δὲ μελέταν ἔργοις ὀπάζων Ἡσιόδου μάλα τιμᾷ τοῦτ' ἔπος.

V. 413. Laudatur versus a Columella XI, 1: αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄταισι παλαίει, et ab aliis.

V. 416. τρέπεται βρότεος χρὼς] Longe magis agile et vegetum ad obeunda negotia surgit humanum corpus. Ita enim licebit interpretari, quum χρώς non solum sit cutis, sed etiam caro cum musculis, quibus totum corpus movetur.

V. 417. Σείριος ἀστὴρ] Putant cum Proculo solem esse Hesiodo. Quasi Solem ἀστέρα dixissent Graeci antiqui. Ἄστρον dixerunt Pindarus et Alcaeus. Hic vere est Sirius (v. 419.), et

τῆμος ἀδηκτοτάτη πέλεται τμηθεῖσα σιδήρῳ
ὕλη, φύλλα δ' ἔραζε χέει, πτόρθοιό τε λήγει·
τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν μεμνημένος ὥριον ἔργον.
ὅλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν,
ἄξονά θ' ἑπταπόδην· μάλα γάρ νύ τοι ἄρμενος οὕτως·
εἰ δέ κεν ὀκταπόδην, ἀπὸ καὶ σφῦράν κε τάμοιο.
τρισπίθαμον δ' ἄψιν τάμνειν δεκαδώρῳ ἀμάξῃ.
πόλλ' ἔπι καμπύλα κᾶλα· φέρειν δὲ γύην, ὅτ' ἂν εὕρῃς,

V. 423. ὅλμον] P. ὄλμον. Fortasse melius. — τάμνειν] Al. κόπτειν. Sed τάμνειν habet etiam Schol. Aristoph. Vesp. 238.

V. 424. ἄξονά θ'] P. ἄξονα δ'. Postea ἄρμενον P., Dind.; ἄρμενος οὕτω A.

V. 424—425. Verba μάλα γὰρ — ὀκταπόδην desunt in G.; Vat. 2. habet μέγα γάρ.

V. 425. ἀπὸ καὶ] M5. ἀπό κεν, Vat. ἀπό κε, Vl. Vat. 2. ἀπό κε σφῦραν τάμ.

V. 426. ἄψιν] Sic recte Spohn. Qui Aeolicam flexionem probant, probare etiam spiritum Aeolicum debebant. Postea ἀμάξῃ cum A. Spohn.

V. 427. ἔπι] Vulgo ἐπί. Wachlerus, Passovius et Hermann. ἐπικαμπύλα. Cf. Hom. hymn. Merc. 90. Sed Proculi lemma habet ἐπὶ καμπύλα, postea vero ξύλα ἐπικαμπῆ interpretatur. Etiam Tzetza habuit ἐπὶ καμπύλα.

hanc stellam etiam Archilochum intellexisse puto (v. Hesych.), ut vere intellexit Eur. Iph. A. 6.

V. 420. ἀδηκτοτάτη] intacta silva ab vermibus (κισίν. bostrychis typogr. Linn.), qui, dum librum corticis arrodunt, arbores virentes perdere solent; cf. v. 435. ἀκιώτατοι. [Sic intelligebam: tunc arborum securi caesarum lignum minime ab vermibus arroditur; ut de ligno et materia, non de arbore adhuc stante agatur. F. I.] — τμηθεῖσα σιδήρῳ] si ferro caedatur; nota est hypothetica participii significatio. Cf. Herm. ad Vig. p. 805.

V. 422. μεμνημένος] Spohnius: μεμνημένος seorsim legas, bene memor praecepti nostri. Sic v. 623. ἐργάζεσθαι μεμνημένος et 711. τίνυσθαι μεμνημένος. Simonid. Amorg. Mul. 112: τὴν ἣν ἕκαστος αἰνέσει μεμνημένος Γυναῖκα, ubi v. Schneidew. p. 204.

V. 423. ὅλμον] Ὅλμος mortarium est, mola antiquissima rusticorum. V. Interpr. ad Aristoph. Vesp. 238. et Buttm. Lexil. I. p. 195.

V. 426. ἄψιν] Choerob. p. 353. Gaisf. (ap. Bekk. Anecd. p. 1207): παρὰ δὲ τοῖς Αἰολεῦσι γίνονται εἰς ῡ κατὰ τὴν αἰτιατικὴν μετὰ βαρείας τάσεως. κνήμιν γὰρ λέγουσι καὶ σφράγιν καὶ ἄψιν, ὡς παρ' Ἡσιόδῳ τρισπίθαμον δ' ἄψιν τάμνειν ἀντὶ τοῦ ἀψῖδα.

V. 427. ἔπι] adsunt praeterea, si quaeris, καμπύλα κᾶλα ad varios usus. Ceterum v. de hoc versu annot. ad v. 431.

εἰς οἶκον, κατ' ὄρος διζήμενος ἢ κατ' ἄρουραν,
πρίνινον· ὃς γὰρ βουσὶν ἀροῦν ὀχυρώτατός ἐστιν,
εὖτ' ἂν Ἀθηναίης δμῶος, ἐν ἐλύματι πήξας,
γόμφοισιν πελάσας προσαρήρεται ἱστοβοῆϊ.
δοιὰ δὲ θέσθαι ἄροτρα, πονησάμενος κατὰ οἶκον,
αὐτόγυον καὶ πηκτόν, ἐπεὶ πολὺ λώϊον οὕτω·
εἴ χ' ἕτερόν γ' ἄξαις, ἕτερόν κ' ἐπὶ βουσὶ βάλοιο.
δάφνης δ' ἢ πτελέης ἀκιώτατοι ἱστοβοῆες·
δρυὸς ἔλυμα, γύην πρίνου, βόε δ' ἐνναετήρω
ἄρσενε κεκτῆσθαι, τῶν γὰρ σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν,
[ἥβης μέτρον ἔχοντε· τὼ ἐργάζεσθαι ἀρίστω.]

V. 430. δμῶος] Sic Georg. Choerob. p. 92. Gaisf., A. Steph. et al. codd. Vulgo δμωός.

V. 431. προςαρήρεται] Quidam codd. ap. Lanz. et Vat. 2. προςαρήσεται. Buttm. Gr. ub. II. p. 82. πρὸς ἄρ' ἄρσεται.

V. 433. laudatur a Schol. Ven. Il. X, 343. — οὕτως Spohn., Dind.

V. 434. ἕτερον Ϝάξαις Bentl. Recte. V. Spitzner. de vers. her. p. 113. Pro ἕτερόν κ' vulgo ἕτερόν γ'. Correxit Spohn.

V. 435. δάφνης ἢ Vat. 2. — Pro ἀκιώτατοι al. secundum Etymol. M. p. 48. 49. ἀκιρώτατοι.

V. 436. δρυὸς ἔλυμα, γύην πρίνου] Sic Br. cum Dorv. (nisi quod hic δρυὸς εἴλυμα ad Charit. p. 460. δρυὸς εἴλυμα, γύην πρίνου), Schaef., Spohn., Dind., Boiss. δρυὸς ἔλυμα, γύης πρίνου, quod verum esse puto. Sed M5. V1. Vat. 2. aliique multi δρυὸς ἔλυμα πρίνου δὲ γύην, Vat. V2. δρυὸς ἔλυμα πρίνου γύην. — Pro ἐνναετήρω Mosch. videtur legisse ἐνναετῆρε.

V. 438. Hic versus deest apud Suidam in ζυγομαχεῖν. Schol.

V. 428. ἄρουραν] Ἄρουρα hic est vallis seu plana regio opposita montibus.

V. 430. Ἀθηναίης δμῶος] Sic fabrum dicit. Atque eodem modo Ἀσκληπιοῦ παῖδες proprie non tam sunt filii Aesculapii, quam servi; cf. animadvers. ad Theog. 240. Quod faber dicitur servus Minervae, non Vulcani, explicatur ex cultu Ἀθηνᾶς Ἐργάνης Boeotiae et Atheniensium proprio. Cf. Pausan. IX, 26. I, 24.

V. 431. προςαρήρεται] est coniunctivus perfecti passivi significatione media, de qua vide Matth. Gr. §. 493. Sane aoristum coniunctivi exspectabas pro perfecto; sed hoc perfecto usus est praesenti sensu Hesiodus; atque ita praesenti utitur Hom. Il. I, 242: τοῖς δ' οὔτι δυνήσεαι ἀχνύμενός περ χραισμεῖν, εὖτ' ἂν πολλοὶ ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο θνήσκοντες πίπτωσι. — ἱστοβοῆϊ] Duo aratri genera distinxit Hesiodus, alterum continuum (αὐτόγυον), quod hic non describitur uberius, alterum compositum (πηκτόν), cuius descriptionem legimus. Quatuor autem sunt partes huius: γύης, Latinis bura (Krümmel), cui a superiore parte paxillis (γόμφοις) annectitur ἱστοβοεύς vel potius ἔνδρυον (sic enim dicitur temo in

οὐκ ἂν τώ γ' ἐρίσαντες ἐν αὔλακι κάμ μὲν ἄροτρον
ἄξειαν, τὸ δὲ ἔργον ἐτώσιον αὖθι λίποιεν.
τοῖς δ' ἅμα τεσσαρακονταετὴς αἰζηὸς ἕποιτο
ἄρτον δειπνήσας τετράτρυφον, ὀκτάβλωμον,
ὅς κ' ἔργου μελετῶν ἰθεῖαν αὔλακ' ἐλαύνοι,
μηκέτι παπταίνων μεθ' ὁμήλικας, ἀλλ' ἐπὶ ἔργῳ
θυμὸν ἔχων· τοῦ δ' οὔτι νεώτερος ἄλλος ἀμείνων
σπέρματα δάσσασθαι καὶ ἐπισπορίην ἀλέασθαι.
κουρότερος γὰρ ἀνὴρ μεθ' ὁμήλικας ἐπτοίηται.
Φράζεσθαι δ', εὖτ' ἂν γεράνου φωνὴν ἐπακούσῃς
ὑψόθεν ἐκ νεφέων ἐνιαύσια κεκληγυίης·

Ven. Il. XIII, 484., qui v. 441. laudat integrum (sed sine δ' post τοῖς) hunc in animo habuit verbis, ὡς τὸ ἥβης μέτρον ἔχοντες. Adiectus est ab eo, cui ἐνναετήρω non placuisset. Herm., qui pro genuino habet, τὸ ἐργάζεσθαι ἄριστον scribendum esse censet (nisi ἀρίστω voluit). Sed digamma in hoc vocabulo non ubique a poetis variis eisque recentioribus observatum est, quibus haec singula additamenta debentur. Cf. 443. 454. 578. 579.

V. 439. ἐρίσαντες] M5. Vat. al. ἐρίσαντε.

V. 440. ἄξειαν, Fέργον δὲ Fετώσιον Bentl.

V. 441. Schol. Ven. Il. XIII, 484.

V. 442. deest in uno cod.

V. 443. ὃς Fέργου et ἰθείην Bentl. Sed αὔλακα digamma olim habuisse probabile est.

V. 448. γεράνου φωνὴν] Pauci codd., inter quos G., φωνὴν γεράνου, quod ante Br. et Spohn. receperant editores. Schol. Arat. 1010. γεράνων φωνῆς. — Pro ἐπακούσῃς Vat. ἐσακούσῃ cum corr. ἐπ.

aratro πηκτῷ, ἱστοβοεύς in aratro tam αὐτογύῳ, quam πηκτῷ), Latinis temo (Deichsel, Pflugbaum), quicum in fronte coniungitur iugum, ab inferiore vero ἔλυμα, dentale, cui dens (ὕννις) seu vomer inseritur. De stiva (ἐχέτλη) hic nihil Hesiodus; sed memoratur v. 469. Quam dedit αὐτογύου ἀρότρου formam Richtsteigius de nostrae aetatis indole et conditione rerum rusticarum p. 78., eam nimis artificiosam puto. Ceterum de tota aratri compositione vid. eundem Richtsteigium et F. I. Schulzium Antiquit. rust. I. Ienae 1820. Verte: Trag' es als Krümmel nach Hause, wenn du ein solches Holz gefunden hast.

V. 442. τετράτρυφον, ὀκτάβλωμον] Vid. Athenaeum, quem Lanzius laudavit, III. p. 114. E. haec ex Philemone referentem: βλωμιαίους ἄρτους ὀνομάζεσθαι λέγει τοὺς ἔχοντας ἐντομάς, οὓς Ῥωμαῖοι καδράτους λέγουσι. ὀκτάβλωμον Spohnius intelligit de servo celeriter edente. Minime vero. Panes rustici incisuras suas habent, ut servis omnibus aequas partes frangendo possis dirimere. V. Philostrat. Imagg. p. 95, 16. Iacobs.

V. 448. γεράνου φωνὴν] Est signum appropinquantis hie-

ἥτ' ἀρότοιό τε σῆμα φέρει, καὶ χείματος ὥρην
δεικνύει ὀμβρηροῦ· κραδίην δ' ἔδακ' ἀνδρὸς ἀβούτεω·
δὴ τότε χορτάζειν ἕλικας βοῦς ἔνδον ἐόντας·
ῥηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν Βόε δὸς καὶ ἅμαξαν·
ῥηΐδιον δ' ἀπανήνασθαι Πάρα δ' ἔργα βόεσσιν.
Φησὶ δ' ἀνὴρ φρένας ἀφνειὸς πήξασθαι ἅμαξαν,
νήπιος, οὐδὲ τόγ' οἶδ'· ἑκατὸν δέ τε δούραθ' ἁμάξης,
τῶν πρόσθεν μελέτην ἐχέμεν οἰκήϊα θέσθαι.

V. 450. ἀροτοῖο A.
V. 451. ὀμβρηνοῦ A. Steph. Schol. Arat. l. l. ὀμβρινοῦ.
V. 452. βοῦς] Al. cum A. βόας, quod recepit Gaisf., Dind.
V. 453. ἅμαξαν] G. et Spohn. cum A. ἄμαξαν hic et infra.
V. 456. τόδ' Vat. 2. Herm. οὐδὲ τὸ οἶδ'. Postea δέ γε Vat. 2.
V. 457. μελέτην ἐχέμεν] Sic M5. Vat. V2. al. Pauci cum G. ex glossemate μ. δεῖ ἔχειν.

mis; cf. Homer. Il. III, 3 seq. Aristoph. Avv. 710: *σπείρειν μέν, ὅταν γέρανος κρώζουσ' ἐς τὴν Λιβύην μεταχωρῇ, καὶ πηδάλιον τότε ναυκλήρῳ φράζει κρεμάσαντα καθεύδειν.* Qui sequitur ἄροτος pertinet ad primam arationem novalis agri. Sententia vero totius loci haec est: Necessarium est ter arare, primum appropinquante hieme (450.), iterum vere (462.), tertium aestate incipiente (462.); atque hoc ultimo tempore simul seras necesse est, quum adhuc putridae glebae sunt. [„At," infert Lehrsius p. 197: „non unam ob causam dubitari debet, an triplicem illam arationem Hesiodus docuerit." Verum triplicem istam arationem antiquissimam esse probatur Hom. Il. XVIII, 542. *ἄρουραν — τρίπολον.* Odyss. V, 127: *ὡς δ' ὁπότ' Ἰασίωνι ἐϋπλόκαμος Δημήτηρ — μίγη — νειῷ ἔνι τριπόλῳ,* et nomine eius herois, ad quem aratri inventio pertinet. Nam *Τριπτόλεμος* a *τρὶς πολεῖν* (v. *ἔαρι πολεῖν* v. 462.) necessario derivandus est.] Quodsi vero tertium araveris severisque brumae tempore (479. i. e. serius quam pro re nata), plerumque malam habebis messem. Nihilominus tamen fieri potest, ut, si sero severis (nam *εἰ δέ κεν ὄψ' ἀρόσῃς* eodem pertinet, quo *εἰ δέ κεν ἠελίοιο τροπῇς ἀρόῃς χθόνα δῖαν*) Iupiterque tibi faveat, cuius tamen voluntatem difficile erit divinare (481. 482.), bona messe fruaris, dummodo vere insequente pluat, quantum sufficiat. Haec tam bene mihi videntur cohaerere, ut non possim cum Lehrsio facere, qui (Quaest. Epp. p. 198.) confusionem in hoc loco inesse dicit traiiciendosque versus 485 — 490 ante 479. Non enim quadrare „si bruma severis — sin autem sero severis (479. 485); nam bruma serere tam sero esse, ut pro extremo serendi tempore ab veteribus habeatur." Recte hoc quidem, si 479. et 485. commemorarentur diversa negotia.

V. 455 — 457. Hi versus seorsim spectandi sunt. Lehrsius p. 196. hos simul cum antecedentibus duobus 453. 454. ut aliunde huc male traiectos obelo notavit. Mihi non ita videtur; nam ex verbis *βοῦς ἔνδον ἐόντας* pronum est colligere nihil Hesiodum voluisse aliud dicere quam: fac, ut possideas, vel necesse est, ut habeas et bene nutrias.

V. 455. *φρένας ἀφνειὸς*] sibi sapiens. SPOHN. Quod

εὖτ' ἂν δὲ πρώτιστ' ἄροτος θνητοῖσι φανείη,
δὴ τότ' ἐφορμηθῆναι ὁμῶς δμῶές τε καὶ αὐτὸς
αὔην καὶ διερὴν ἀρόων ἀρότοιο καθ' ὥρην,
πρωῒ μάλα σπεύδων, ἵνα τοι πλήθωσιν ἄρουραι.
Ἔαρι πολεῖν· θέρεος δὲ νεωμένη οὔ σ' ἀπατήσει.
νειὸν δὲ σπείρειν ἔτι κουφίζουσαν ἄρουραν.
νειὸς ἀλεξιάρη παίδων εὐκηλήτειρα.
εὔχεσθαι δὲ Διὶ χθονίῳ, Δημήτερί θ' ἁγνῇ,

V. 458. Pro δὲ Graev. e codd. duobus δή. — Pro φανείη vulg. Spohn. φανείῃ. Ego olim hic et v. 680. optativum de re saepius repetita intelligebam.

V. 459. δὴ τότ'] Pauci δεῖ τότ'.

V. 462. ἔαρι] Sic Pollux I, 223. Codd. omnes εἴαρι, Bentl. ἦρι.

sequitur πήξασθαι, aoristus loco futuri, exemplis defenditur annot. ad Theog. 628.

V. 456. Hic versus multus erat in ore antiquorum. V. Plat. Theaet. p. 207. Galen. in Hippocr. de N. hom. T. XV. p. 103. Kuehn.

V. 457. οἰκήϊα θέσθαι] Quae ante colligere et domum ferre opus est.

V. 463. Herm. ἐπικουφίζουσαν active, ut τὸ σπείρειν intelligatur. Sed aliud vult dicere poeta: novalem agrum tum conseras, quum putridae adhuc sunt glebae. Similiter sensu neutro ap. Eurip. Helen. 1555. Matth., ubi nostrum locum non neglexit Heathius. Similiter ἐπόντισε ap. Aeschyl. Ag. 985. (Well.) non habet transitivam significationem. Sic etiam intellexit Virg. Georg. I, 44: Vere novo, gelidus canis quum montibus humor Liquitur et Zephyro putris se gleba resolvit etc.

V. 464. νειὸς ἀλεξιάρη παίδων εὐκηλήτειρα] Etym. M. p. 59: Ἡσίοδος· νειὸς ἀλεξιάρη παίδων εὐκηλήτειρα· — ἀπαλέξουσα καὶ ἀπείργουσα τὴν ἀρήν, τουτέστι τὴν ἐκ τοῦ λιμοῦ βλάβην καὶ τοὺς παῖδας ἥδουσα καὶ θάλλουσα, εὔκηλος, ἡσυχάστρια. ἡ ἀνανεουμένη γῆ. Ceterum de vocabulo ἀλεξιάρη v. Lobeck. Paral. p. 464. — Antiqui agricolae arbitrabantur agrum, qui non satis pro exspectatione sua fruges tulisset, imprecationibus excantatum esse. Quod apud Romanos fieri vetitum erat lege duodecim tabularum: qui fruges excantassit — neve alienam segetem pellexeris; v. Dirksen. de legg. XII. tabul. p. 539. Cf. Plin. H. N. XVIII, 6. Atque hic quidem ita intelligenda sunt verba: novali evitatur sterilitas, i. e. non opus est, ut incantamentis tribuas frugum tenuitatem. Quod adiectum est παίδων εὐκηλήτειρα non ita intelligendum esse videtur, ut in agro novali eas herbas nasci Hesiodus dicat, quae fascinationem infantum averruncent, sed ita, ut fere Germanico proverbio respondeant: Mergeln macht reiche Väter, arme Kinder. Cf. Buttm. Lexilog. I. p. 141. Nam quod nos dicimus mergeln, fere oppositum est novali agro. Aliter expedire rem sibi visi sunt Proculus et Etym. M. v. ἀλεξιάρη, cuius verba supra allegavimus, aliter

ἐκτελέα βρίθειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν,
ἀρχόμενος ταπρῶτ' ἀρότου, ὅτ' ἂν ἄκρον ἐχέτλης
χειρὶ λαβὼν ὅρπηκα βοῶν ἐπὶ νῶτον ἵκηαι
ἔνδρυον ἑλκόντων μεσάβῳ. ὁ δὲ τυτθὸς ὄπισθεν
δμῶος ἔχων μακέλην πόνον ὀρνίθεσσι τιθείη,
σπέρμα κατακρύπτων· εὐθημοσύνη γὰρ ἀρίστη

V. 467. *ἀρότρου* Vat. 2. al.
V. 468. *ὅρπηκα*] Sic codd. omnes. Editores inde a Br. *ὅρπηκι*, facta post *λαβὼν* positura.
V. 469. *μεσάβῳ*] Sic A. V2. multique al. codd.; Vat. P. *μεσάβων*. Vat. 2. *μεσσάβων*. Quid M5. habeat, non indicavit Lanz. — Pro *τυτθὸς* Spohn. et Dind. receperunt Schaeferi coniecturam *τυτθόν* (ad Dionys. Hal. de comp. 62.).
V. 470. *δμῶος*] Sic V1. Steph. al. Vulgo *δμωός*. Cf. v. 430.
V. 471. *σπέρμα κατακρύπτων*] Sic M5. Vat. Vat. 2. V2. multique alii. Pauci, neque ii bonae notae, cum A. *σπέρματα κακκρύπτων*, quod ab editoribus receptum est.
V. 472. *κακοθημοσύνη*] Pauci *κακοθυμοσύνη*. Antea *εὐθυμοσύνη* A.
V. 473. *ἁδροσύνη* A.

Phil. Melanthon: „*ἀλεξιάρη* i. e. pellens exsecrationem; solent enim agricolae maledicere, quando fructus ex sententia non proveniunt," aliter etiam Lehrsius p. 197., qui hanc superstitiosam sententiam inesse putat: pueri si imponuntur novali, damnum iis defenditur et plorantes sedantur, ut contra bustis impositi (750.) summa noxa afficiuntur. Hinc inepte additum esse putat hunc v. et 462. Ceterum locum laudat Plutarch. Symp. III, 9: *ἡ δὲ δυεῖν πρὸς τρία μουσικωτάτη, πᾶσα ὑπνοφόρος καὶ λαθικηδὴς καὶ κατὰ τὴν Ἡσιόδειον ἐκείνην ἀλεξιάρην παίδων εὐκηλήτειραν.*

V. 466. *ἀκτήν*] V. animadvers. ad Scut. 290.

V. 468. *ὅρπηκα*] Haec coniungas cum *ἄκρον*: *ὅτ' ἂν ἄκρον ὅρπηκα ἐχέτλης χειρὶ λαβὼν κτέ.*

V. 469. *μεσαβῳ*] Proclus binas formas esse huius vocabuli dicit, *μεσάβους*, a quo sit *μεσάβῳ* dativus, et *μεσάβως* Boeotice, cuius accusativus sit *μεσάβων*: de forma *μέσαβος* vel *μέσαβα* in plurali prorsus non cogitavit ab initio; post vero, quum apud Callimachum reperisset *μέσσαβα βοῦς ὑποδύς*, ita mutavisse videtur sententiam, ut pro plurali *μεσάβων* sibi esset. Postremo vero, re diutius perpensa, iterum ad pristinam suam sententiam revocatus est. Et iure quidem; nam quod Callimachus grammaticus excogitavit *μέσσαβα* pro *μεσσάβοα* non pertinet ad Hesiodum, apud quem vera forma vocabuli est *μεσάβοος* vel potius *μεσάβοον*, cuius dativus *μεσάβῳ* contractus est ad normam dativi *Πάνθῳ* ap. Hom. Il. XVII, 40. Quod *μεσάβοον* Hesiodus dixit, non mirum videtur, quum etiam *ποδανιπτήρ*, non *ποδονιπτήρ*, sit epicum; v. Lobeck. ad Phryn. p. 689., annot. nostr. ad Aristot. Pol. p. 302. *Μεσόβοιον*, quod habet H. Stephanus, apud Pollucem tantum et Pro-

θνητοῖς ἀνθρώποις, κακοθημοσύνη δὲ κακίστη.
ὧδέ κεν ἁδροσύνῃ στάχυες νεύοιεν ἔραζε,
εἰ τέλος αὐτὸς ὄπισθεν Ὀλύμπιος ἐσθλὸν ὀπάζοι.
ἐκ δ' ἀγγέων ἐλάσειας ἀράχνια· καί σε ἔολπα
γηθήσειν, βιότου αἱρευμένου ἔνδον ἐόντος.
εὐοχθέων δ' ἵξεαι πολιὸν ἔαρ, οὐδὲ πρὸς ἄλλους

V. 474. Ruhnkenio suspectus sine probabili causa.

